

Iere. 12. mor. Et in Ieremia: Faſta eſt mihi hæreditas mea ſicut leo in ſylua: dedit contra me uocem. Sic ut enim leo voce & rugitu terret animalia, ſe iſti clamore Domini ad crucem adegerunt.

Iere. 2. Duo igitur hic mala fecit populus hic, vt dicitur in Ieremia: Me dereliquerunt fontem viuũ, & foderunt ſibi ciſternas diſcypatas, quæ continere non poſſunt aquam. Primum malum erat, quod nocentem præ innocente liberandum decernunt: Alterum, quod etiam benefactorem inſuper morti condemnant. Orare vt noxius dimittatur, non adeo malum eſt: ſed optionem habere, & tamen potius pro liberatione mali quam pro innocenti orare, bonũ eſſe non poteſt. Nos Chriſtiani debemus pro omnibus orare, etiam pro incredulis: interim tamẽ velle obliuiſci eorum, qui vnus nobiſcum fidei ſunt, hoc malum eſt.

1 Hoc igitur clamore inſignitè prodiderunt Iudæi ſuam ingrati tudinem, cum tam vili æſtimant eum, qui tantum ipſos æſtimat, vt ipſos præ omnibus aliis in populum ſuum eligeret.

2 Deinde produunt & ſuam inſanam malitiam, quæ tanta erat, vt potius cuperent omnẽ iuſticiam peſſum ire, & omnem malitiam procedere, quam à ſua malitia ceſſare. Præterea etiam ſuam cæcitatẽ prodiderunt hic, quod ſcilicet hoc petunt, quod omnibus modis timere, cauere, & deprecari debuerant, nempe ne eis Saluator auferatur, & latro dimittatur.

3 Præterea etiam ſuam cæcitatẽ prodiderunt hic, quod ſcilicet hoc petunt, quod omnibus modis timere, cauere, & deprecari debuerant, nempe ne eis Saluator auferatur, & latro dimittatur. Cæcitatẽ ſicut petierunt, ſic virumque ipſos contigit: Latronem elegerunt, Saluatorem reprobarunt: merito igitur latronibus & gladio obnoxii facti ſunt ſine vilo Saluatore. Itẽ homicidam pe-

tierunt donari ſibi, auctorem vero vite interfecerunt, iuſte ob hoc ipſum ſeditionibus & homicidiis periuri, tantique calamitatibus inuolendi, quantas nemo vel ſatis ſcribere vel eloque poſſit. Ideo & ob hoc ipſum factum, merito in prophetis gens illa dicitur filia latronis. Merito item ipſi Iſaias dicit: Vx genti peccatrici, populo graui iniquitate, femini nequam, filiis ſcleratis: Dominum dereliquerunt &c.

Hic igitur videmus primò, quàm nihil fit quod impia mens non præferat Chriſto & veritati, ſi lucrum inde vel modicum ſciat & ſperet.

Deinde docentur, ne in mundi applauſu conſidamus. Qui enim paulò antè Chriſto contemebant, Benediſtus qui venit in nomine Domini: nunc clamant, Tolle hæc &c. Præterea vides hic ingenium mundi, qui ſemper quod malum eſt eligit, bonum reprobat &c.

Item ſermè ſemper nocëtibus benignior eſt, quàm innoxis. Cæterum omnia quæ hic audis, non caſu eueniſſe credas, ſed diuino conſilio. Oportebat enim Chriſtum extenuari infra nouiſſimũ virorum, & defendere in extremum contemptũ, vt ſummè gloriſicaretur.

Maximus autem deſcenſus eſt, abicictorem & nequiorẽm latronem putari: ſed hic deſcenſus, eſt aſcenſus meditatorum, & vera via aſcendendi.

Proinde fit contemptus fueris, & viliffimo poſtpoſitus, huc feſtina ad Chriſtum accede, qui in aſſectu tuo contempſit aſtutia lit & vicit, vt tui in ipſo per fidem vincas. Non igitur mirum eſt, ſi aliquando inſons ad ſupplicium dicitur, & ſons dimittitur. Sic enim & Chri-

& Chriſto contigit. Imò quod hic in iudicio Pilati contigit, hoc idem verè contigit in iudicio Dei. Adſtabat inſignis ille latro Adam cum tota ſua poſteritate, qui omnes mortem commerunt: Adſtabat & filius Dei innocentiſſimus. Iam alter eorum, exigente iuſticia diuina, morte pendendus erat. Ex magna autem miſericordia Deus pepercit, & ſilium ſuum innocentiffimum pro eorum merito tradidit. Amplèſtatur hæc miſericordiam fratres, & gratias agamus. Deinde curremus, ne etiam in nobis Chriſtus vincas ſit & maneat, hoc eſt, iuſtitia: latro autem, hoc eſt, inuſtitia, liberè vegetur. Sed quid hic agit Pilatus, videns hanc ludæorum inſanam obſtinationem? Nihil minus parat, quam vt Barabam dimitti ſibi peterent. Imò hac indignitate nihil illi mirabilius viſum fuit. Ideo dixit: Quid igitur faciam de Ieſu &c. q. d. Si latro dimittendus eſt, multo magis ille, qui innocens eſt probatur. Aut qua iuſtitia poſſum hunc condemnare, ſi pro eo latro fuerit dimiſſus? Ipſi petitis eum dimitti, dum latronem petitis liberari. Qui enim noxiũ vult dimitti, multo magis iuſtum. Et ita quidem eſt apud eos, qui ſanz ſunt mentis: ſed hoc excecavit malitia. Iterum igitur clamant: Crucifige, crucifige eum. Volebant & decreuerant impij agricohe Dominum vineæ occidere, pu tantes hæreditatem eius tutò ſe detenturos, & ſummis honoribus gauſuros. Acuerunt igitur linguas ſuas ſicut ſerpentes. Cæterum hic etiam primũ mortis genus determinat. Vnde iterum eorum iniquitas apparet, nempe quòd ipſi genus mortis definiunt,

cum hoc non ad accuſatores, ſed ad iudicem pertineat. Non tamen iuſticia eſt, quòd volebant eum cruci affigi. Cupiebant plebem hoc modo fallere, & à Chriſto alienare: vt quia ſcriptum eſt in lege, Malediſtus omnis qui pendet in ligno, Chriſtum quoque offerenderent à Deo malediſtum eſſe, vt eo modo totus periret Chriſtus, nequam perſona eius, ſed etiam bona fama & opinio eius, & claritas miraculorum, & quæquid in ipſo boni erat. Hoc agebant & intendebant impij illi, vt ſcilicet etiam omnis memoria Chriſti toleretur. Verum Deus conatus eorum in contrarium verit. Malediſti enim crucis adeo nihil obſcuſauit famam Chriſti, vt hinc vel maxime eius gloria creuerit. Nec nos de decori iudicamus crucem Chriſti, ſed ſummæ gloriæ eſſe. Imò non in alio gloriatur, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc enim & omnem malediſtionem in benediſtionem nobis conuertit.

Quantumvis autem inſanè clamarent, Pilatus tamen abſc obſiſtit, & tertio etiam innocentiam Chriſti publice præſtat. Quid, iniquis, mali fecit? Nullam inuenio in eo cauſam. Sciebat enim & iam fatiſ experiebatur ipſo factò, quòd per inuidiam tradidit eum. Inuidia inquam, tota cauſa huius clamoris erat. Hæc enim adeo ipſos excecauerat, vt neque diuinam, neque naturalem legem cerneſe poſſent. Huius inuidiæ maniſteſtiſſimum iudicium & ſpeculum eſt, quòd nihil curantes excuſationem iudicis, ſemper magis ac magis clamabant, quid enim alium facerent, qui in cauſa deſiciebant? Sic & poſtè contra

Gal. 5.

Mat. 21.

Chri

Christi martyres clamavit mundus, in malam crucem, Ad bestias, Tolle maleficos &c. quomodo enim ipis non fieret, quod Domino ipsorum factum erat: Ceterum siue nos deirent leones, siue corus, siue consumat nos ignis, aut demergat aqua, nunquam nobis abnegandus est Christus, nec ecclesia eius nobis relinquenda. Sequitur in textu:

Vide Io-
annem. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellavit. Milites autem abduxerunt eum intro in atrium pratorii, & conuocant ad eum totam cohortem: exutumque induit purpura siue chlamyde coccinea: & plectens coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: dederuntque arundinem in dextram eius, & genu flexo ante eum, illudentes ei, ceperunt salutare, dicentes: Aue rex Iudaeorum. Et dabant ei alorap, Et cum expuissent in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius: & positis genibus, adorabant eum.

Hic tandem diabolus per insanam Iudaeorum rabiem, Pilatum hucusque pollicite iustitiae studiosum, eo perduxit, vt manus in Christum iniiceret. Manus in-

quam in eum iniicit, quem toris excusauerat. Verum sic implenda erat scriptura, Sciebat Pilatus quod per inuidiam tradidissent Christum, & tamen intantum ipis condescendit & gratificatur, vt in ipsorum gratiam, innocentem flagellari permittat & iubeat. Et quor huiusmodi Pilatus in omnibus regionibus inueniuntur, qui sepius etiam innocentes capiunt, opprimunt, spoliant, occidunt, non ob aliud, quam quod flagellari hoc principibus suis placeat: Potuisset Pilatus Christum, vi & potestate fretus, & manibus Iudaeorum eripere, quemadmodum tribunus Lyfias eripuit Paulum. Verum sic oportebat fieri. Christus flagellationem suam longe ante praesuiit & praedixit Mar. 10. Lu. 18. Imo longe ante incarnationem Christi Ihsias hoc praedixit: Corpus, inquit, meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus &c. Iuxta hoc exemplum postea etiam Apostolo flagellati fuerunt Act. 16. 5. & 22. quod & ipsum praesertit & praedixit Christus Mat. 10. & 23. Sed verba ipsa huius textus latius explicemus. Auditis igitur haec, quid Christus a Iudaeis passus sit, nempe quod captus, vinculus, hinc inde pertractatus, percussus, acutus, confusus & tandem etiam publico latrone peior iudicatus est. Nunc audiemus deinceps quid a gentibus passus sit. Quamuis enim quae haecenus audimus, facti fuissent etiam ad totius mundi redemptionem: plus tamen adhuc pati voluit: tum vt plene pro peccatis nostris satisficeret: tum vt magnitudine remedii considerata, nullus desperandi occasione haberet: tum etiam, vt vel sic nos ad amorem sui redac-

redaccenderet, quandoquidem hominaturali quasi est beneficis trahi. Vnde & huiusmodi beneficia apud prophetam dicuntur funiculis Adam, id est, inquit, eos funiculis Adam, id est, beneficis quibus homines facile se trahi permittunt. Et quem non traheret haec tanta charitas Christi? Apprehendit (inquit) Pilatus Iesum, & flagellavit. Haec fuit prima iudicis sententia in Christum, & quidem iniquissima: quandoquidem ipse iudex non se melius iam eum innocentem declarauerat. Verum hanc sortem habet Christus in mundo, quod est innocens sciat, nihil tamen melius habet, aut ciuilius tractatur: id quod omnes sancti qui membra Christi sunt, experti sunt: etiamnum experientur. Quoties enim etiam impii dicere coguntur, vete hic homo probus est: & tamen nihil plus illi benefaciunt &c. Flagellatur autem Christus secundum aliquos, quia mos erat Romanis, vltimo supplicio afficiendos, prius flagellis caedere, & coram omnibus expoliare, ad ostendendum quod non habeant quo peccatum suum tegant vel excusent. Hoc quamquam partim verum sit, hic tamen locum non habet. Christus enim nondum morti adiudicatus erat. Imo iudex ipse nondum intendebat eum morti adiudicare, atque adeo hac flagellatione Christo consulere volebat. Videbat enim Iudaeos tanta inuidia debarbari in Christum, vt nulla eloquentia, nullis blanditiis a eade eius cohiberi possent. Proinde vt maius malum eulter, nempe infantis occisionem, minus supplicium eligit, & pronuntiat Chri-

stum flagellis esse caedendum, si forte Iudaei hoc supplicio exatiati, mentis suae furorem remitterent. Haec igitur est misericordia, quam mundus Christo exhibet, quod flagellis eum caedit. Hic igitur oculis mentis aperiamus. Grande enim spectaculum & mundo & angelis & hominibus est, quod a seruis peccati, princeps libertatis seruilibus modis conciditur. Primo enim, qui omnia vestit, suis vestibus nudatur: Deinde qui confusione nostram regit, coram omnibus confunditur, ne in aeternum nos confundere id quod certo nobis futurum erat, nisi Christus pro nobis hanc denudationem & confusionem sustinisset.

Præterea qui solum compositos, ligatur: Imo qui Israelitis ex Aegypto egredientibus dedit columnam ignis & nubis, nunc ab eisdem ad columnam ligatur: Quamuis & hoc respectu iustitiae eius, recte congrueret, semper enim iustus fuit. Postremo, qui pie & misericorditer infirmos & male habentes tetigerat, nunc flagellis attrahitur: caditurque tam multiplicibus ictibus, tam crebris verberibus, vt nisi nouas vires plura patienti diuinitas subministrasset, respiratio inopia, sanguinisque profusio deficiens, inter licitorum manus inisset vitam. Sic igitur additur plaga vitæ plagam, liuor super liuorem, fractura super fracturam, vulnus super vulnus, sanguis super sanguinem, donec corpus illud speciosum præ filiis hominum: totum deformaretur: vt secundum prophetæ testimonium, non remaneret ei species neque decore. Hic igitur impletum est illud palmi. Supra dor-

sum meum fabricauerunt peccatores, & iterum, A planta pedis vsque ad verticem capiti, non est in eo sanitas.

Omnia autē hæc propter nos sustinuit. Flagellatus, peccata nostra sunt: & quot peccata commisit, toties Christi verberasti.

Scriptum est enim: Posuit Deus in eo iniquitates omnium nostrū. Et ipse vulneratus est propter peccata nostra, attritus est propter scelera nostra: Disciplina pacis non straxit super eum, & luore eius saturati sumus. Peccatis autem iure debentur flagella, quæ quæ essent innumerabilia, & tamen Christus omnia in se suscepisset, imò Deus ipse omnium peccatorum penas exegerit, non dubium est penosissimam fuisse hanc flagellationem, maxime si consideremus corporis Christi nobilissimam & reuerentiam complexerunt. Fecit igitur Christus instar patris iratis, quæ cum videt patrem iratum filiis, occurrit expansis brachiis, sequè pro filiis flagellis exponit. Sic & Deo patri irato propter peccata nostra, & iamiam flagella preparanti perpetua, Christus occurrit, & se pro nobis flagellandum præbuit. O igitur ineffabilis Dei benignitas, quæ effectum est, vt etiam clarè redimeretur. O mirabilis censura conditio, & ineffabilis mysterii dispositio. Peccat iniquus, & punitur iustus: quod perpetrat seruus, exolat Dominus: quod committit homo, hoc sustinet Deus.

Quò nate Dei, quò tu descendit humilitas: quò flagrauit charitas: quò processit pietas: quò peruenit compassio. Uduis, Ego inique egi, in pena multatus. Ego facinus commisi, tu vltione pleæris. Ego superbiui, tu humiliaris.

Ego inobediens exiisti, tu omnibus obediens iuis, inobediens tamen scelus iuis. Ego vnam acerbam comedi, & dentes tuos obstupuerunt. Ego inquam homo perditus, totius contritionis, totius confusiois causa fui. Amor tuus & iniquitas mea fecit fecit imbecillum. Hæc confidetur miser peccator, eam voluptati corporis operam das.

Hic enim vides, quàm verè dictum sit, non corruptibilibus auro vel argento, sed precioso sanguine agni immaculati, redempti sumus. Hic inquam vides, quomodo Christus satisfecerit pro peccatis carnis. Vides item, quò laborem quis perdidit, & inuenta sit, & in humeris pii pastoris reducta. Vides miseris illis, qui manus suas polluerit in sanguine innocenti. Sed & vix nobis, si ingrati fuerimus.

Ceterum in hac flagellatione Christi, etiam aliud quiddam attendendum est. Interim enim cum mundus sua opera in flagellandum Christo agit, nec Deus sua negligit. Solet enim Dominus sub impiorum operibus, quibus ipsi afficiuntur, suum opus exequi. Nam & patriarcha Iosephum fratrem infontem vendentibus, & suam libidinem in ipso operis, etiam Deus suum opus executus est. Sub ea enim ipsa venditione occultè admodum ipsum Ioseph ad dominum supra fratres euexit. Ita hæc flagellatione dum Pilatus & Iudæi sua agunt, etiam Deus interim sua exequitur. Nam omnia flagella, omnes afflictiones in his filii sui flagellis sanctificauit & benedixit, adeo vt quicquid afflictionum suo acciderit, non officiat, sed potius proficiat, & pietatem inueniat. Imò per hæc flagella quibus

quibus Christus cæditur, factum est vt Deus pater omnibus flagellis, pio homini conringentibus, faucat. Ad hæc declarauit hic in vniuerso suo filio, qua conditione velit adoptiuos & electiuos filios in hoc mundo tractare. Si enim passus est, vt flagellaretur vniuersus: quanto magis patietur flagellari adoptiuos? Quæ enim dominus diligit, corrumpit. Flagellat autem omnem filium quem quæscipit.

Quid ad hæc dicturi sunt, qui indicibus viuunt, nec cogitare quidem tristitia possunt: tantum abest vt vel minimè velint pati, quos alterum in terra paradisi adificare conantur? Ecce, inquit, quibus ædificauis, ego destruo: & tu tibi quæris grandia? Et quibus non erat iudicium vt biberent calicem, biberunt: & tu innocens relinqueris? Dices igitur Christiane ex hac flagellatione Christi, vt & tu patienter feras flagella Dei, & dicas eum Dauid: Ecce ego in flagella paratus sum. Et cum Paulo: Ego non solum alligatus, sed etiam morti paratus sum pro nomine Domini Iesu.

Hactenus igitur de Christi flagellatione audiuius: quæ reuera successit pro totius humani generis redemptione. Verum nondum finis adest, nondum latata fuit perdidit impietas, tam Iudæorum quàm milium: sed ad scilicet supra additur afflictio, crescentque regis nostri iniuriæ, & multiplicitur dolor penarum & opprobriorum. Statim enim post flagellationem milites Pilati (qui Romanis mercede militabant, & semper Hierosolymis morabantur cum præfide, propter crebras Iudæorum seditiones, & tumultus) Christi illudere incipiunt,

idique tanta libidine & petulantia, vt similia nusquam aut lecta, aut visa sint. Imò nec facilia credi essent, si non tam Diuigent Euangelistæ singula scripsissent. Non quid legatur Pilatus hæc præcepisse, sed milites sua sponte hoc fecerunt: vt Iudæis gratificarentur, Interim tamen Pilatus conuictus, tacet, disimulat, non prohibet. Vnde quidam suspicant, Pilatum fido animo hæcenus Christum defendisse, teneri autem eum Iudæis in morte conspirasse. Vnde & ad capiendum Christianum cohortem Romanorum milium missam supra audiuius, nimirum a præfide. Quòd si etiam milites incio Pilato hoc fecissent, non tamen excusari possent Pilatus, qui tantam malitiam in innocentem factam, non saltem verbis coarguerit. Iterum igitur leuatur animos Christiani, magnamque hæc passionem cogitata, simul tamen & hoc considerat, peccata scilicet nostra in causa fuisse: Multipliciter hic impleta fuit propheta Dauidis in Psalmo 21. 38. & 68. Demum siquidem illusionum species hic numerantur, quos nebulones illi Christiani intulerunt, pro quibus sine dubio mercedem accepissent à Iudæis: neque enim gratis ad captiorem Christi ferebatur passio. Militaris siquidem ordo, aut principium est. Ibi fas, vbi maior merces. Est hic tamen etiam Tiberianus & ethnicus facinus.

Quid autem sunt & quæ nostra, qui tamen Christiani baptizati sunt? Quis populus sub sole peior, & minus Dei timens? Illi Tiberiani milites Christum flagellauerunt, coronauerunt, illuserunt, conspuerunt, actandem crucifixerunt. Hi nostri, quos quod

tidie præ oculis videmus, Christo non minus faciunt. iurando & blasphemando sanguinem & vulnere Christi &c. Nec mirum esset, si tales milites non solum à Turcis semper vincerentur & occiderentur, sed etiam à terra viui absorberentur.

Nec dubium quoniam huiusmodi blasphemias, terræ & populis nocent. An nō enim diabolica res est, quod Christiani nihil aliud quam hoc ipsum iurare sciunt, per quod redempti sunt? Sed de hoc aliàs, Nunc decem illa consideremus, quæ Christus à militibus illis passus est.

¹ Horum primum est, quod totam diabolicam cohortem conuocant, ut ludibrium & derisio maiora fiant. Certè illud etiam inter duos tantum, multum angit: quanto magis inter tot homines?

² Secundò, congregata in simul cohorte, circumdant et vel induunt eum chlamyde cocinea, quæ erat vestis rubra & militaris, quibus uti consueverant duces exercitus, Nam aliorum militum militaris vestis, paludamentum dicebatur. Hoc igitur illusorie faciebant, significantes per hoc eum esse regem. Itaque serui Herodis Christum alba veste induunt, hi rubra. Tertio plectunt coronam de spinis, imposuerunt sancto capiti eius pro regia corona.

Quis autem satis vel cogitare potest, quantos dolor venerandum illud caput tor aculeis confixum affecerit, cum nos vel ad vnius spinæ puncturam, ferme intolerabili dolore vexemur. Spinæ igitur hæc primò fuerunt avaritia & diuitiarum pharissorum, quibus est perempti, Christum persecuti sunt. Sic enim non satis est mundus, quod seipsum pungat spinis

suis, id est, diuitiis, nisi insuper his etiam proximum lædat, & Deum inhonoret, dum vel iniuste eos acquirit, aut avarè nimè conferat. Deinde spinæ illæ peccata nostra sunt. Propter peccatum enim hominis, terra hanc maledictionem incurrit, ut spinas & tribulos germinet. Hanc igitur spinam coronam non tam militibus, quam nos pio capiti lesu imposuimus. Nos enim peccauimus, ut Christus peccatorum nostrorum penas portauit. Vide & attende hoc impie & ingratre homo, qui etiam nunc vanitatis & voluptatis studes, cum Christus inermis spinis coronatus sedeat. Vide inquam, quam grauitur Christus pro expianda superbia & vanitate nostra affligus sit. Nam & hæc corona præter dolorem quem inerebat, etiam contumeliosa & derisoria, erat confusibilis. Vtrunque enim nobis debebatur, tam pena scilicet, quam æterna confusio. Vide & Christus vtrunque pro nobis suscepit. O verè ineffabile eius erga nos charitatem. E contra autem, detestabilem nostram ingratiudinem.

Quartò milites illi dederunt in manus Christi calaum vel arundinem pro regio scilicet se pro, & hoc videlicet in contemptum, significantes per hoc quod regem se fecisset, & tamen nihil regium haberet: & quale sceptrum haberet, tale ipsius & regnum esset, nempè inane, vacuum & fragile. Quintò, genuflexo ante eum illud ebat & deridebat derisoria illa salutatione: Aue inquam, rex Iudeorum. Hic multum nobis gemendū est super tantam malicia impiorū horum. Quomodo enim vel infimū & cotemp-

tuissimum hominem vilis illudere potuissent? Et tamen manet Iesus noster verus rex Israel: vel iniuitis Pilato & militibus eius, etiam si adhuc vilis ipsum tractassent. Manet inquam rex, ipsi iam in infernalem ignem coniectis, & perpetuò concremandis. Non igitur offendimus tam in auditis illufionibus Domini nostri, quin potius inde roboramur ad similia perferenda. Cæterum impij hi adoratores adumbrarunt hypocritas illos, qui gestulationibus externis pios se simulant, cum interim cor eorum prauum & sine fide, imò longissime à Deo sit. Sextò, dederunt impio enim homine nihil crudelius & magis alienū ab omni compassione. Hinc & in Palmis persecutores Christi comparantur leonibus, tauris, canibus & vitulis, propter crudelitatem scilicet & petulantiam. Item impij semper peccata peccatis addunt, quasi non satis sit toties peccasse. Hinc Isaias: Vae, inquit, qui trahitis iniquitatem in funiculis. Post illufionē igitur Christi alapis percutitur. Ex ioco fit serium, ex risu pena. Sic enim solent impij primò illudere, post percutere, & omnē furorem suū euomere in miseros. Sic contigit Christo omnis gloriæ regis contigit omnibus qui crucem suam post ipsum portant. Interim tamen scimus, quod sicut omnia Angella, ita & omnes alape quibus pii vapulant, in Christo sanctificatæ sunt. Proinde qui alapa percussus repercutit, quid aliud facit, quam quod sanctificationē à se reiciat? Septimò expiunt in eum, quæ summa est contumelia & contemptus. Aeternus Deus, qui sit ve homo creatura

tua, ita indicibiliter mala & perueria esse possit, vt proprium Dominū & saluatorem conspuat? Quis non exhorrescat vel tantummodo hæc audiens? Cogitate hic fratres maximam illam Christi pacientiam, & verè admirabilem taciturnitatem. O hæc quò percutitur eum arundine super caput illud demoniis tremendum, cuculicque calorū virtutibus vererendum, & omnibus sanctis venerandum. Caput inquam benedictum in secula, à quo omnis beneficium in nos descendit.

Ex hac autem percussione aculei spinarum magis ac magis ipsum sanctum verticem penetrabant. Vnde semper renouabatur & agebatur, ita vt & sanguis inde fluens, totum caput & genas & collum tingeret, ac commixtis execrandis militum spuris, venustissimam faciem apparere fecerit horridam & quasi leprosam, iuxta vaticinium Isaiæ iam sæpius allegatum: Vidimus (inquit) eum, & non erat ei adspicendus: & desiderauimus eum despectum & nouissimum vultus eius & quasi absconditus vultus eius & despectus. Absconditus, inquit, propter tumores scilicet, vulnera, & spura, & sanguinem. Ideo putauimus, inquit, eum tanquam leprosum, & percussum à Deo & humiliatum. Ideo autem milites illi omnia hæc fecerunt, quia audierat à Iudeis ipsum affecisse regnum Iudeorū. Huc pertinebat torus ille ludus cum corona, veste, scepro, & adoratione in illuforia. Vide igitur spectaculi à seculo non visum, sed ne vnquam antea audirū, nisi quòd postea martyres quidam in contemptum Christi similia passi sunt. Si non essent hæc scripta in

Euangelio, quis ea crederet, aut quis prædicare hæc auderet? Sed quia scripta sunt, securè ea credimus & prædicamus. Quis autem hæc audens, non itatim contremiscat, cum certū sit, ea omnia nos sine fine passuros fuisse, (vermè scilicet & opatione conscientiarum, irrisione ab omnibus creaturis, & denique etiam ab ipso Deo separationem) nisi Christus voluntariè hæc pro nobis sustinisset? Sic igitur granum illud multiplicandum, seminatur horribili contumelia, vt mirabiliter pullulet in gloria, Sic regnum quod de mundo non erat, superbum mundū non atrocitate pugna di, sed humilitate patienti vincebat. Sic in quâ occultata paupis per tremenda potentia, commendabatur imitanda patientia.

Interim tamen, quod milites illi summo contempu & crudeli ioco fecerunt, hoc Christus Dei virtus & sapientia, nedum seriò suscepit, sed vt hæc ita serent, vituliter prouidit. Vestis igitur purpurea (quæ regie maiestatis insignè est) id significat, quòd Christus morte sua, deicentis hostibus, vt pote diabolo, peccato, mundo, inferno, vniuersum hominum genus in liberatam afferretur esset. Vel per chlamydem coccineam, significatum est ministerium charitatis, quo in passione sua pro nobis fungebatur. Coccus enim coloris ignei, qui in tabernaculo Domini bis tinctus iubetur assumi, geminā significat dilectionē, Dei & proximi: quia fit, vt quicquid offerimus ignitum & bene toleratum, coram diuinis placeat conspectibus. Christus autem propter namiam charitatem erga nos, bibic calicem passionis. Merito igitur

ad hanc ipsius charitatem significandam, chlamyde coccinea vestitur. Vel etiam ideo, vt ostenderetur eum ipsum esse, qui in lege per vitulum rufam significatus fuit, cuius corpus iubebatur extra castra cremari pro peccato, & cinis ei⁹ in aqua super populum spargi. Spinea autem corona significat, quòd regnum Christi non sit de hoc mudo: hoc est, non præclarum pompa, nec externis viribus potens, sed spino sine & purpureum, id est, passionibus & afflictionibus obnoxium. Nam coronæ regum huius mundi, partim sunt ferreæ, partim argenteæ, partim aureæ: quibus significatur imperium huius mundi consistere potentia, splendore, & nobilitate carnali. Corona autem Christi spinea est, vt hoc indicio cognoscas regnum Christi consistere spinis & afflictionibus. Et qualis rex Christus, tales & nos reges facit, omnibus scilicet tribulationibus obnoxios, Itaque sic eum Christo cuius regnare, noli abhorreere aut abicere spinem coronæ. Si enim hic eum ipso spinis coronatus fueris, coronaberis & illic eum eo corona gloriæ & honoris. Arido in manibus, significabat quòd potestatem haberet ponendi animas in suam, & iterum sumendi eam, quantumuis ipsi ad aliud respiciebant. Cùm itaque tale sit regnum Christi, vt inter spinas hæreat, non mirum quòd ridetur & subsannatur a mundo. Nā Euangelium & verbum crucis, est stultitia coram mundo. Audientes enim Christum regem esse, & interim tamen spinis coronatum videntes, contemnunt: Audientes Euangelium polliceri liberationem ab omnibus malis, & interim

terim videntes id ipsum non alio comite, quam cruce, venire, subsannant: Audientes Christum esse regem peccatorū & mortis, in terim tamen videntes q̄ & ipsi non minus infirmi sunt & moriturus, quam alii vident. Itaq; Christiani stulti videntur coram mundo, q̄ sperant auxilium & liberationem, cū interim omnibus afflictionibus obruantur. Hinc vxor Iob dixit: Quando permanes in innocentia tua? benedic Deo, & motere. Cæterum quantumuis crux & afflictio Christum premar, reuera tamen rex est & manebit cum suis, id quod olim videbitur, quantumuis mundus hoc iam non credat. Sequitur.

Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco eū vobis foras, vt cognoscatis quòd nullam causam in eo inuenio, Exiuit ergo Iesus foras, gestans spinam coronam & purpureum pallium. Et dicit eis Pilatus: Ecce homo. Cū ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabant dicentes: Crucifige crucifige. Dicit ei Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, quia filium

Dei se fecit. Cū ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est iterum in pratorium, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum nō dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quòd potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam absoluendi te? Respōdit Iesus: Nō haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset de supernis. Propterea quōd me tradidit tibi maius peccatum habet. Et ex eo quærebat Pilatus absolvere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc absolueris, non es amicus Cæsaris. Quis quis enim se regem facit, contradicit Cæsari.

Diū horrendum est, quid Iudæorū inuidia conetur, quam infiter & vergeat, quam varia excogitet, vt Christum innocētē ad crucē adigat. Quantum enim ad leges ciuiles attinet, iure nunc Christus esset liber, quando iudicis sententia sit satisfactum, & ciuiles leges vni causæ vnā tantum decernant penam. Sed hanc sortem & Christum & sui in

mundo habent; vt nec ciuiliur iustus iudices experiantur. Sic hoc loco Christus iudicis quidē sententia absolutus esse debebat, quandoquidem persoluit late sententiae penam. Impietas tamen ne sic quidem praer libidine sua penis exarata est, quamuis iudex ipse nihil omittit, quod ad liberationem Christi pertinebat, nullamq; operam detrahat, hoc vno dempto, quod timore superiorum, ad manifestam iniustitiam finaliter se vrgeri permittit. Quāta enim haecenus pro Christo egerit, quā varia consilia habuit? Verū ipius artificium nec potuit nec debuit procedere. Nam aliter decreuerat Deus. Et nunc quidem Pilatus publicē & acriter Iudzos alioquitur, qua vi conaretur, quod iustum erat, conseruare; Nunc Iesum secretē examinat, vt rei veritatem confitei possit. Omnia tamen haecenus frustra artentauerat. Nunc postquam serui ipsius Iesum miserit, & ignominiosissime tractassent & illuissent, in ipsa illa deformitate ipsum populo ostendere proponit, si forte vel sic moueantur. Exiit ergo iterum Pilatus, sed cum minoribus iustitia, quam prius exierat. Iam enim flagellando Iesum innocentes, non parum a vera iustitia declinat. Simul autem eduxit & Christū, vt cognoscens, inquit, quod nullam inuenio in eo causam. Iterum confessus innocētiā Christi, & iniustitiam si quid vltieris contra ipsum attulerit; Imō plane confiteri, quod nimium fecerit eum flagellando. Si enim nullam in ipso causam inuenit iudex, certe iniuste flagellatus fuit. Hic igitur impletum fuit illud psalmi: Igne me examina-

psal. 16

si, & non est inuenta in me iniquitas. Vnde & Christus ipse in cena dixerat: Venit princeps huius mundi, & in me nihil habet, quicquam. Exiit itaque Iesus, gestans spineam coronam & purpureum vestimentum. Exiit non clarus imperio, sed plenus opprobrio. Exiit verē non habens speciem neque decorem. Qualis enim species est, Iulium Dei spinis coronatum, sillum, & proprio sanguine cruentatum, oculis inimicorum suorum propinquis? Quis hunc sillum Dei credidisset? Ceterū hac deformitate Christi, nobis maxime consolatoria est. Hinc enim certi sumus, reuera pro nobis satisfactum esse. Quid enim non mereretur apud Deum tanta humiliatio filii sui, & quae spontē pro nobis assumpta? Egre dimini igitur & vos o filii Sion, anime scilicet fideles, & videte regem Salomonem, regem pacificum, omnia paucificantem, & quae in caelo, & quae in terra. Videte inquam regem vestrum cum corona doloris & miseriae, cum veste ludibrosa & opprobriis, quibus coronatum eum mater sua. Imō non mater sed nouerca sua impia Synagoga. Verē enim mirabile spectaculū hic propositum est. Qui egreditur, habet imaginem quasi regis, sed nihilominus serui despectissimi confusione repletus est: coronatus incedit, sed ipsa eius corona, cruciatus est illi mille punctis speciosum caput eius diuulnerans. Regali purpura induitur, sed in ea potus despicitur, quam honoratur. Spectrum in manu gestat, sed eo ipso caput eius percutitur. Adorat eum illo, & genui flexione, & regem conclamant, sed paulo post ad crucem impium

Cant. 6

ipsum adigunt. Haec tecum cogita Christiane, in hac forma Christum intrare, & nunquam de Christi gratia desperabis. Nūquam certe te relinquet sibi fidenter, qui tanta praer te immerite passus est &c. Ob id enim Christus tibi ob oculos ponitur, ne desperes. Quandoquidem igitur in tribulatione es sine corporis sine conscientiae aut animi, hoc dirige oculos, & consolationem recipies &c.

Ceterū Pilatus, vt facilius ad misericordiam feroces bestias commoueret, sciens compassionem naturae, qua sicut omne animal diligit sibi simile, sic etiam naturaliter sibi simili quilibet compatitur. Ideo magna & in altum sublata voce dixit: Ecce homo. quasi dicat: Sufficiat tādē vobis o Iudaei flagellatio eius hominis, quam tamen magis propter causae necessitatem, quam propter ipsius demeritum adhibere coactus sum. Videte qualis homo effectus sit, imō an homini similis sit. Ferrea & lapidea pectora haec species mouere deberet. Nihil enim integrum in toto corpore ipsius videtis. Nec vllum in ipso esse membrum a passione vacuum aut illa sum. Miseremini igitur eius, quia non canit, quamuis cane vilis tractatus sit, sed homo est, vestri similis. Sufficiat ei haec poena, & deinceps eum dimittamus. Si enim nunquam in causa delicti excecbit, haec ei flagellatio, perpetua erit admotio, ne simile quod vnquam conuert. Si regi inuidetis, iam parcite, quia dei eum videtis, cessit ei regium nomen in maxillam penam, flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrosa veste amictus est, amarum conuiciis il-

lusus est, alapis caesus est; ferreae ignominiae, frigeat inuidia. Et haec quidē admodū pie & humiliter Pilatus prolocutus est, verum frustra produs hoc homines.

Verē autem hic dictum est: Ecce homo. Audiat hoc haereticus, qui Christi humanitatem negat. Ecce homo, inquit, Pilatus. Audiat & Christianus. Quid enim hic videt nisi hominem? Si videri non potes Deum, videri hunc hominem tam despicabilem pro te factum. Audi & tu peccator, Ecce homo. Vide quid meritis sit homo, vide quā miser sit homo, vide quid pro te passus sit Deus homo, ne ingratus inueniaris. Vide ne Iudaeis similis efficiaris, qui ex tam miserabilibus conspectu Christi, magis irritati fuerunt: & vnde ad misericordiam moueri debuerant, inde ira & inuidia eorum magis inardescit. Crucifige (clamat) crucifige, q. d. perge perge vt ceptisti. Si flagellasti, etiam crucifige. Non satis nobis est, ipsum flagellatum habere: in crucem morientē videre volumus. Offendis eum vulneratū, sed nō dum mortuum. Mortuum ipsum videre volumus, ut non nunquam quieturi. E manibus nostris viuunt, non dimittimus, etiam si omnia bona nostra in hoc infame re opus esset &c. Ita quidem fiet impie Iudee. Fiet vt penis, non ta me qua tu ita vis, sed qua deus ita disposuit. In cruce videbis eum, & quidem morientē. Optandum tamē tibi esset, vt ipsum in templo docere, & Barabbam in partibulo docere, permississes. Pulchre autem Euangelista taxat ipsorum impietatem. Cū viderent, inquit, eum, clamabant.

Ergo excusationem non habent de peccato suo. Viderunt enim

anim, & oderunt & me & patrem meum, inquit Christus. Taxantur & hoc verbo impii illi passionis Domini blasphematores, qui videntur, vident, sciunt, & cōsistentur Christum hac omnia pro nobis passum, nec tamē blasphemare cessant. Signanter autem dicuntur hec pontificis clamasse, fortassis enim reliqua multitudine, naturali pietate commota, miraculorum eius recordari cœperat, & scq; aliquomodo suberubescere de his, quæ in Christum impiè facta fuerant. Itaque pontifices vel cum ministris suis clamant: Hi enim dominorum impietatem facile imitantur, putantes se excusatos, si faciunt quod dominos vident facere. In his igitur pontificibus impletum est illud Ieremiz: Pastores tui stulte egerunt, Dominum enim Deum non requisierunt: propterea non intellexit vniversus grex, & dissipati sunt. Nam quoniam grex, id est, populus, non modo ad cognoscendum Christum non fuit adductus, sed insuper ad eadem cum inflammatus, propterea lapsus in barathrum perit. Omnis ergo culpa in principibus. Ceterum nihil indignius tulit Pilatus, quàm hanc Iudæorum obstinatam malitiam. Itaque videns ex captata misericordia nihil esse spei, verbis aspersit & metu tenet ipsorum furatorem coercere: Accipite, inquit, et vos, & crucifigite & c. d. Egone & sanguinari, omnibusque bestis immitiores, vestræ causa iniudic: propter Romanorum leges, innocentem occidam? Egonum clamoribus vestris territis, homicidam agam? Legum administrator sum, non alle-nam iniudic viror aut vindex,

& nocentes auctoritate punio. Non sum innocentie carnifex. Hactenus ferocitum est odio vestro non vltra sciam in innoxium. Non inuenio apud meos leges peritos legem, quæ innocentem iubet occidere. Proinde si tantum apud vos crimen est, innocentem esse, & si apud vos talis lex est, quæ extremò supplicio innocentem afficiat, vos soli hoc facite: ego in hanc temeritatem non consentiam. Nolo hoc meum prætorium, imò Romanum imperium, inquinare innocentis sanguine. Vos hominem vestro periculo abducite, & si libere, crucifigite. Ego non solo crucifigere nisi facinorosos. In hoc autem nullum inuenio crimen cruce dignum. Magnis profectò laudibus commendanda foret hæc Pilati sententia, si in ea perseverasset. Verum paulò post alia audies.

Iudæi tamen nec ad hanc iustitiam ethnicæ hominis erubescunt. Imò cum audirent iudicem tanto studio patrocinatam Iesu, omnino non committendum putabant, vt aliquo pacto Iesus elaberetur: hæc Pilati sententia, si in ea perseverasset. Verum paulò post alia audies.

[1021.7]

prima. Ideò nouam nunc accusationem instrunt.

Et quòdam illud crimen esse, si Iesus Nazarenus filium Dei esse dixerit: si opera Dei facit, cur non & nomen profiteretur? Insignis itaque malitia in ipsis fuit, quòd tanto verborum strepitu ipsum accusant, quòd filium Dei se dixerit. Interim autem diuina eius opera, quibus se filium Dei probant, tacent. Imò mentiuntur quòd filium Dei se fecerit. Non enim esse ipsum gloriificauit, vt pontifex fieret. Nec rapinà arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed pater ipsum gloriificauit. Supra dixerit, inquit, Dominus Domino meo, sed e ad dextris meis & c. Vide etiã hic, quomodo malitia secum ipsa distideat. Supra dixerit, Nobis non licet interficere quenquã. Nunc autem dicunt, Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori. Ad eò nescit inuidia, quid vel dixerit vel distideat. Legem autem quam allegant, vel illam intellige, que est de blasphemo occidendo: vel illam de falso propheta, seducente populum falsis signis a cultu vnus Dei. Neutra autem lex in Christum competit. Nam nec blasphemus fuit, nec pseudo propheta. Non igitur satis erat, legem de blasphemo vel pseudo propheta occidendo allegare, sed probandam erant, num Christus talis esset, maximè cum aliis vttrunq; sibi obiectum verissimè & efficacissimè diluerit.

Putabit igitur Iudæi, Pilatus hoc vno crimine audito, statim sententiam mortis larurum: sed longè aliter euenit. Auditò enim hoc sermone, Pilatus magis inuit. Cogitabat enim seculi, Quis

scit quisnam illi sit? Filium certe Dei se facere non potest, nisi prius talis sit. Quòd si filius Dei est, certe mihi non licebit eum morti adiudicare. Ideò necesse est, vt rem hanc diligentius perquiram. Igitur Dominum maiestatis iterum introduxit in prætorium, de hoc perquisiturus. Hic igitur vide, quòd etiam iudex Ethnicus maiorem diuini nominis honorem habuit, quàm Iudæi qui de Deo gloriabantur, vt vel hinc appareat Pilatum, etiam non verè, sed tamen ciuilem & iustum fuisse, & Deos esse reueritum, si non piè, certe ciuiler, quales plures sunt honesti viri, opinionem quidem de Deo, sed nullam rectam fidem habentes. Obseruandum tamen, quòd Pilatus quidem expauit, sed non penituit. Vnde pater quòd fuit timor seruilis, non ex fide procedens: timebat ne nimium fecisset, filium Dei flagellando. Gentilius enim more credebat, Deos esse cælo descendere, & rursum ascendere, quemadmodum Pœtæ fabulantur de Ioue, Mercurio & c. Ne igitur impius in deos fuos videretur, Iouis aut Vulcani filium condemnando, certitudine rei exploranda, interrogat: Vnde est tu? A longè quaerit, vt veritatem expiscetur. Christus autem nihil respondit. Nihil enim vel ad Cæsarem, vel ad Pilatum, ipsène filius Dei esset, an non. Nam quòd accusatus erat seditionis, quum excusatum & dilutum erat. Deinde nimis impotuno tempore hoc interrogabat. Nam tempus maximè tacendi tunc erat. Et Pilatus indignus erat hoc audire, vt qui agnum illum Dei malè iam flagellis tonderat: eiusque innocentem sanguine manus

manus suas maculauerat.

4 Ad hæc etiam ideo tacet hic
Joan. 19. Christus, quia supra satis dixe-
rat, se non esse ex hoc mundo,

5 Item dixerat eos solos vocem
suam audire, qui essent ex veritate.
Sciebat autem Pilati non esse
ex veritate, nec amore veritatis
hoc querere, sed tantum infortu-
nui vel damni temporalis timo-
re. Denique; tacet Christus, ne vi-
deretur, omnia conatus vt elabe-
retur inuitus passionem pertulisse.
Nolebat etiam suam passionem
7 impedire. Hoc est illud silen-
tium, de quo Isaias: Sicut ovis ad
occisionem ducetur, & sicut agnus
coram tundente se obmutescit,
8 & non aperiet os suum. Et Dauid
in eius persona: Obmutui & hu-
miliatus sum, & silui a bonis.

9 Hoc autem suo silentio docuit
Christus, omnem eruditionem
frustraneam esse, quæ non
pietatis amore, sed vel vanitatis
studio, vel timore supplicii
audiret. Ideo & supra Herodi-
æ ex vanitate, & hic Pilato ex
timore querentibus non respon-
dit. Ad eundem modum & mul-
ti ad conciones properant, parum
desiderio vanitatis, parum timore
inferni, paucissima autem
pars amore iustitiae. Proinde
prioris spe sua destituerunt: non
enim vllum audiunt responsum
Dei, vt maxime verba concionis
auribus hauriant: sed nec secun-
di infernum effugient. Nam im-
pius quod timet, accidit ei. Pos-
teriores vero tantum, compositos
sui erunt vort. Beati enim qui ef-
fugiunt & sustinunt iustitiam &c.

10 Docuit & Christus hic tacita-
nitatem, ne silesis similes efficiat-
mur, qui verba multiplicat, cum
11 & ipsa natura taciturnitatem doceat,
quæ vnum tantum os, duas

autem aures, homini dedit.
Cogitandum igitur quod in
iudicio reddenda erit ratio pro
omni verbo otioso. Obseruandū
& illud ethnici, locutum fuisse,
sepe me penituit, tacuisse autem,
nunquam. Maxime autem illud
Iacobi: Qui non refrenat lingua-
m suam, quiuis vana est religio.

Ceterum Pilatus hæc Chri-
sti taciturnitate non nihil of-
fensus, (nam putabat se contem-
tū) aliquāto auertens ipsum
alloquitur. Nihil enim minus
ferre potest superbia, quam sui
contemptum. Mibi, inquit, non
loquers? Tu, inquit, vilis &
despectus, mihi in summa po-
testate constituto? Si personam
Christi cognouisset, modestus
locutus fuisset. Verum mundus
omnes eos contemptim habet,
qui externa specie nihil magni
præ se ferunt. Imò mundani ho-
mines potentia sua & diuitiis su-
perbices & presumens, omnes
alios præ se contemunt.

Ceterum quod Pilatus sub-
dit, Nescis quia potestatem ha-
beo & dimittendi & crucifigendi
te? vox est impii Magistratus,
qui putat sibi omnia licere quæ
libent.

Item in Pilato hic pulchre
manifestum est ingenium ratio-
nis humanæ in donis Dei. Qui
enim donis Dei insignitus est, &
tamen fide caret: non agnoscit ea
esse dona Dei vt aliena, sed vt
propria merita. Proinde putat
sibi in his licere quicquid libet.
Fides autē docet, hominem è do-
nis sui diuinitus collatis nõ fieri
Dominum, sed seruum & mani-
fistum; & quo maiora dona
sui accepit, eò maiori seruitu-
ti obnoxii esse. Hinc Christ. Prin-
cipis gentiū, ans, de potestate sua
superb

superbiunt, & abutuntur pro sua
libidine: vos autem non sic: sed
qui maior est vestrum, sit vester
minister &c. Magistratus igitur
vel potestas, Dei donum est: quod
si collatum fuerit impiis, nihil nõ
iuris in eo dono sibi arrogat. Si
autem pio homini collatum fue-
rit hoc donum, agnoscit se eo ma-
iorem seruum factum, quo maius
donum accepit. Hoc Pilatus igno-
rabat. Ideo tam superbe de sua
potestate loquebatur. Interim tam-
men suo ipsius hoc verbo, & cor-
am Deo, & coram hominibus
seipsum condemnat. Ex proprio
inquam ore condemnandus est
malus hic seruus, qui videlicet
innocentem & iustum cum absol-
uere possit, crucifigere maluit.
Modicum igitur fultine Pilate,
& loqueatur tibi postmodum, di-
cetque vnde sit. Dominus inquit,
qui nunc infirmus sub potestate
tua tenetur, sicut fortis egredietur,
vocerabitur, & clamabit:

Tacui, semper silui. Nunquid
semper tacebo? Imò vt parturiens
loquitur. Tunc, inquit, loqueatur
ad te in ira sua, clare tibi discēs,
quod nunc interrogas. Ego autem
constituus sum rex ab eo super
Sion &c.

Interim tamen Christus con-
tra tam superbum Pilati præsum-
ptionem etiam nunc nõ tacet, ne
videatur tacendo verum agnos-
cere, quod Pilatus dixerat, ipsum
sui iuris esse, & sibi licere cum
hominibus agere vt liberet. Non
fert Christus impietatem aut bla-
sphemiam. Nam & Pilatus, quod
Dei erat, sibi ipsi vsurpauerat
vt attribuebat. Deus pater potissi-
mus author erat passionis Chri-
sti. At Pilatus sibi hanc potesta-
tem vendicabat. Ego, inquit, pos-
sum te cruci affigere, Ideo Chri-

stus non tacet ad hanc blasphemiam
& iniustitiam. Non habere,
inquit, aduersus me potestatem
&c. quasi dicat. Tunc autem quilibet
quam hominum potestatem ha-
beret in filium Dei? Nihil mi-
nus. Imò cum tota tua cohorte &
omnibus Iudeis, ne capillum quidem
mibi inflectere posses, nisi
patris me consilium & voluntas
desuper me par decretuisset. Non
igitur per Cæsarem, nec per istos
qui clamando confortant bra-
chium tuum contra me, sed ab eo
qui super omnes est, datam ha-
bere potestatem in me. Is enim in
propheta iam dudum prædixit:

Fræmea, & super virum pasto-
rem meum, & super virum casto-
rentem mihi, percutit pastor &c.
Et nisi ille teneret manum dexte-
ram meam, & in voluntate sua
deduceret me, poteram ego te
vel sola verbi me virga ferrea,
vel vno nutu meo sicut vas figu-
li confringere. Ergo quia tradi-
tus sum desuper, (tradidit enim
pater me, nec pepercit filio suo)

non gloriaris tu: quia non tua po-
testas, sed diuina permissio est.
Præterea nec vera potestas est
quam exeres in me, sed tyrannus
& atrocium. Data est enim po-
testas in laudem bonorum & des-
tensionem, ad iram autem malo-
rum. Accepisti potestatem, non
tamen tibi licet quicquid libet.

Sicut enim lex iniustus tantum po-
sita est, sic & magistratus ius glò-
di dii trum in malos habet. Quòd
si gladio occidat insonem, tyran-
nus enim legitima potestas: la-
trocium est, non magistratus.
Quòd igitur permittitur tibi po-
testate tua abuti, noli inde gloria-
ri, quia non relinquat Dominus
virgam peccatorum super fortem
iustorum &c. Nunquid gloriabi-
tar fecit

Isaia 53

Psal. 30

Mat. 5

Mat. 5

Mat. 5

Mat. 5

Mat. 5

Mat. 5

Iacob. 1

Zach. 14

Rom. 7

Rom. 17

1. Tim. 4

Psal. 114

Mat. 20

tur securis contra eum qui fecit in ea? Latro nihil turis habet in hominem. Interim tamen potest eum ex infidijs adoriri & occidere. Sic tu nihil habes in me potestatis, nisi quantum permisit pater. Hoc itaque verbo Christus perimit Pilatum, de sua potestate gloriantem, & eadem potestate abutentem. Deinde hoc verbo offendit, se non inuitum pati, nec humana vi, ad crucem adigendum, sed voluntate patris. Præterea edomate omnes iudices, ne de sua potestate superbe gloriantur. Item vt sciant se non tyrannos esse, sed iudices.

Nec contra pios, sed contra impios habere gladium. Maxime autem hoc verbo consolatur pios, ipsorumque conscientias confirmat, vt sciant nihil posse regnum mundi contra eos, præter id quod pro sua beneuolentia pater admittit, vt experiantur eius præsentiam, & fides eorum confirmetur. Ideo in propheta dicit: Ego ero eis murus iugis &c. Addit autem Christus: Propterea qui me tradidit tibi, manus peccatum habet quasi dicat. Non potestatem habes, sed peccatum habes, quod me cruci affigis: Attamen Iudas & Iudæi sunt peccatæ, quam tu. Ipsi enim & innocentem me comprehenderunt, & falso accusarunt. Ipsi ex inuidia faciunt quod faciunt: sine peccato, sed tamen non sine peccato.

Faues quidem innocentia, sed alio te rapit vicium improbitas Iudæorum. Illi legem habent, & non nescientes, sed scientes abutuntur permisso Dei: tu vero eam legem non accepisti, & ideo non tanta tibi vel insipientia, vel malignitas est, odisse sapientiam vel nescire sacramenta Dei.

Tu ignoti hominis sanguinem fundens, homicidium facis: illi autem regem & Dominum suum morti prædentes, cum homicidio sacrilegium faciunt. Atque hinc vides, quod peccatum vnum alio grauius est: sic grauius peccat, qui scienter, quam qui ignorantèr peccat. Item qui ex malitia quam qui ex infirmitate peccat.

Sic malus conciliarius plus peccat, quam princeps aut iudex ignarus. Et malus Christianus, plus quam gentilis & grauius peccat etiam in eodem genere peccati.

His verbis Christi Pilatus per mortuos, vehementius adhuc laborabat pro liberando Christo, quamuis enim ethnicus esset, terrebatur tamè combinatione peccati, nec facile volebat in Deum peccare, quem tamen non cognoscebat, nisi quantum gentiles ipsum cognoscere poterant, nimirum ex rebus creatis.

Ceterum cum Iudæi viderent Pilatum timere, ne Deum offenderet, & peccato se inquinaret, ad priorem calumnia, nempe affectum regni, recurrunt, quod ostendunt nec ipsi iudicii tutum negligere.

Itaque incipiunt ei timorem Cæsaris, Hoc enim impios vel maxime cogit: Si hunc, inquirunt, dimittis, &c. quasi dicat: Si nihil ad te perinet, quod in Deum peccatæ: certe ad te pertinet, quod in Cæsarem peccat.

Cæsarianus es, & ob id hinc habitas, vt Cæsaris nomen, gloriam, honorem, potestatem &c. non minuas, sed tuearis & augeas. Hic autem se Cæsari opponit. Nam ipsemet Cæsar & rex esse contendit in Syria, & maxime apud nos Iudæos, vbi tu Pilate Cæsaris nomi

nimine præfides. Si igitur hunc dimitteres, & hanc regni affectionem non punires, nemo aliter iudicare possit, quam quod & tu hostis Cæsaris es, vt qui eius inimicum manifestum non punias. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Omnia autem hæc non amore Cæsaris, quem pessime oderant, & aduersus quem frequenter seditiones mouerant, sed odio Christi dicunt, Cæsaris nomen prætextentes, quo libidinem suam in Christo explant. Hoc igitur telo vel tandem vincitur Pilati iustitia, hac acclamatione frangitur constantia eius, verum iustitia in iniustitiam, totaque & ratio & grauitas huius hominis cadit. At que hinc manifestum fit, ciuilem iustitiam in vera tentatione non perflare, nec nisi vique ad aras valeat. Ita igitur finem accepit longa illa disputatio Pilati & cum Christo & cum Iudæis, quæ tota extendebat, vt innocens liberaretur. Sequitur itaque:

Pilatus autè cum audisset hunc sermonem, produxit foras Iesum, seditque pro tribunal, in loco qui dicitur lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem parasceue Pasche, hora ferè sexta. Et dixit Iudæis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant: Tolle tolle crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Re-

sponderunt pontifices: Non habemus regem nisi Cæsarem. Sedente autem eo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie in somnis propter eum. Tunc ergo Pilatus videns quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, volens turbamatis facere, adiudicauit vt fieret quod illi postulabant. Et accepta aqua, abluuit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Vos videtis. Et respondens vniversus populus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Dimisit ergo illis Barabam, qui propter seditionem & homicidium coniectus fuerat in carcerem, quem poposcerant: Iesum autem flagellatum & illusum, tradidit arbitrio illorum, vt crucifigeretur.

En charissimi fratres, quia diabolus primò in Iuda, deinde in Iudæis, postremò etiam in Pilato vicioriam obtinuit: vt rex

ad exitum perducatur, nesciebat enim quod seipsum maxime in hoc damnificabat. Iudex igitur pro tribunali sedet, indicaturus eum, qui à Deo patre constitutus erat iudex viuorum & mortuorum. Tameñ enim Pilatus non ignoraret vanissimum esse, quod intentabatur: tamen quonia perspiciebat implacabile odium Iudaeorum in seipsum, mirumque populi & primatum consensum in vniuersi hominis perniciem, simulque videret ipsum Christum, innoxium quidem, sed humilem ac tenuem, sibi ipsi deesse: cogitans interim & illud, apud Caesarem multos quamuis falsi criminis inuidia periclitatos: tamque videbatur sibi satis adnixus aduersus conuictos totius gentis, ad tuendam innocentiam Christi innocentes, decreuit illorum odio seruire. Pilatum igitur seduxerunt fauor & consensus populi, Christi contemptus & humilitas, & timor Caesaris. Sedit igitur pro tribunali, non curans, sed nec illud attendens, quod toties Christum innocetem proclamauerat. Quale autem iudicium sperandum, ubi animus iudicis, affectibus auaritia vel odii vel timoris humani patet? Timebat Pilatus, non falso apud Caesarem traduceretur, tanquam faueret Caesaris hosti, & ob id à Magistratus sui functione deiceretur. Verum quod impium timebat, hoc ei accidit. Nam & postea è sua praesentia eiecit, ac in exilium missus fuit, auctore Iosepho, tantisque malorum cruciatibus afflictus, vt propria fe manu transferberans, nefariam vitam vi abiecerit, vt testatur & Eusebius in Ecclesiastica historia lib. 7. cap. 8. Vsq̄e adeo iudicium Domini, li-

Iosephus

lib. 1. c. 7.

Eusebius

cet tardet, non tamen aufertur.

Cæterum Ioannes non simpliciter tantum describit iudicium, sed insuper etiam & tribunal & locum iudicii, denique & diem & horam, vt maiorem fidem historia habeat apud nos & incognitos. Et quidem locum ipsum Graeci & Hebraei exprimit. Lithoforos enim Graeci est, Gabbatha autem Hebraeum. Non tamen idem significat hæc duæ voces. Nam Lithoforos, idem est quod lapide stratum: Gabbatha autem, idem est quod locus emens, vel propter altitudinem se dictus, vel quod iudicem dicitur in sublimi sedere, hoc est, animo in Deum eleuato esse, vt alios ita iudicet, quemadmodum ipse à Deo dicitur iudicari.

Diem autem quo Christus morti adiudicatus fuit, Ioannes nominat paraceuse Paschæ. Erat quidem ea dies, quando hæc facta sunt, ipsum festum Paschæ, vt in exordio probauimus, dicitur tamen & paraceuse, id est, preparatio propter sabbatum quod continuo sequebatur, in quo legaliter nec cibos decoqueret Iudæis licitum erat. In aliis autem festis, etiam in festo Paschali, licebat cibos coquere. Dies igitur hæc, & festum erat in se, & insuper etiam preparatio ad futurum sabbatum, propterea quod eo anno in feriam sextam incidere, Iudæis igitur hæc dies erat preparatio ad sabbatum. Nobis autem fuit paraceuse & preparatio vitæ æternæ, quæ eo die nobis preparata fuit. Signanter etiam Ioannes ideo diem mortis Christi tam diligenter nominat, vt ostendat opus redemptionis eodem die, quo opus creationis, perfectum esse: & hominem eadem

Euseb.

Gen. 1.

dem

dem die redemptionis, qua creatum erat, nempe sexta die. Deinde etiam ideo tam diligenter diem hunc describit & horam, tum propter resurrectionem, tum propter tridui temporis sub terra spatium, vt sermo Domini ad Iudæos dictus, verus inueniatur. Sicut, inquit, fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ &c.

De hora autem iudicii videntur Euangelistæ discordare. Nam Marcus horam tertiam nominat. Ioannes sextam. Non tamen est contradictio, quamuis etiam veteres non parum hic in concordandis Euangelistis sudauerunt, maxime Augustinus & Theophylactus, quorum hic putat vitio scriptorum fortasse factum, qui transposuerint literam pro litera. Næ

Græci numeros signant per litteras. Augustinus de duplici crucifixione Christi loquitur: & quæ vna facta sit linguis Iudæorum, Crucifige clamantium: Altera, manibus militum: & illa quidem tertia hæc autem sexta hora. Cæterum nodus hic & alio modo, & quidem facilius, explicatur: ita scilicet, quod à Pilati iudicium ad crucifigendum Christum, inceptum sit hora tertia, & durauerit vsque ad sextam, ita vt ipsa crucifixio intra tertiam & sextam & incepta & perfecta sit. Quia igitur duæ hæc horæ, totum negotium crucis comprehendunt, ideo Marcus nominat vnam, Ioannes autem alteram, quasi crucifixionis exordium & finem. Breuiter intra tres horas, id est, ineratitiam & sextam, crucifixio & iudicium perfectum est. A sexta fuerunt tenebræ vsque ad nonam, in qua Christus spiritum emisit. Vel aliter: Colligi

potest ex Matthæo, totum diem fuisse distributum in horam martianam, tertiam, sextam, nonam & vespertinam. Quicquid igitur intra tertiam & sextam factum fuit, hora tertia factum dicitur, propterea quod nondum sexta aduenerat. Non igitur dicit Ioannes, hora sexta Christum morti adiudicatum, sed quasi sexta, significans adiuu tertiam fuisse horam, vt Marcus dicit: sed multum tempus ex ea hora effluxisse, appetente iam sexta.

Cæterum hæc computatio horarum, longe aliam rationem habuit apud Hebræos, quam apud nos Germanos. Tunc enim hora sexta fuit circa meridiem. Nam diei tantum assignabatur duodecim horæ, & nocti totidem. Sed de his plus fati. Ad iudicium reuertamur. Pro tribunali igitur sedens Pilatus, in loco, die & hora iam dictis, antequam sententiam ferat, iterum Iudæos alloquitur. Inuius siquidem sententiam contra se forebat, deo tantum differet, mortis eos qui parui momenti esse putant sanguinem humanum fundere. Ecce, inquit, rex vester, quem scilicet sub hac delatione vincitum mihi tradidisti. Quid adhuc in eum vester desatius animus? inspicite. flagellatus est, alapaus est, illusus est & conspuus, in derisione & opprobrio coram vobis hic stat. Ecce rex vester. Quid vobis intulit malum? quid verò potest inuere periculi? Seipsum iuuare nequit, frustra igitur eum timetis. Si regem le dixit, ecce humilitatus est. Si rex vester fuit, ecce iudicio applicatus est. Si rex esse voluit, ecce qualis rex est, nempe talis, quem legem pueri constituit. Imò tanto iste in hac parte deterior, quā

Ioan. 11.

to maiores penas & opprobria patitur. Ecce igitur rex vester, quid decernitis? Estisne fatiati penis ejus? Vultisne a malo proposito resillire, ne subsiquatur iniuriam eius exitium, imò summum vestrum malum, quod properet hoc incurretis? Vide hic, quam inuito animo Pilatus furor iudeorum obsequatur. Nam etsi ei fuerant communita indignationem Caesaris, nullum tamen non lapidem mouit, si quo pacto fieri posset, vt innocens liberaretur. Iustior certe fuit multis nostro tempore, qui ne expectatis quidem Caesaris mandatis, in innocuos sciantur &c.

Obseruandum autem, quòd Christus etiam ab incredulis tria nomina suscepit, & quidem insignia. Nam supra dixerat Pilatus, Ecce homo: Nunc dixit, Ecce rex vester. Tertium addiderunt Iudaei, Ecce filium Dei se fecit. Hæc tria, vterisq; nomina sunt vnus Christi, homo, rex, Deus vel filius Dei; quoniam quidem sic irridentes confessi sunt inimici, sed venerantes & seruo adorantes confitentur amici. In his enim tribus nominibus, nota fides & spes, consolatioque nostra consistit.

Cæterum sicut inuidorum mos est, interrumpere sermonem, vbi quid dicitur quod non libenter audiunt, quemadmodum & Paulus conigit, cum Hierosolymis pro fe rationem redderet: sic & Iudaei hic interrumpentes Pilati sermonem, clamabant: Tolle tolle, crucifige eum. Sic igitur qui tam misericorditer prospexerat super filios hominum, quique tam dulciter infirmos eorum tractauerat, grauis ipsis est ad videndum. Non autem semel tantum dicunt, Tolle eum; sed

bis, ad maiorem Christi contemptum. Quamquam hæc eorum clamatio in ipsorum sinum reciderit. Ablatus enim ab eis saluator, & in hoc & in futuro seculo, Christum igitur ab oculis eorum tolli clamantes, nihil aliud egerunt infelices illi, quam quòd ablatus est ab eis rex, princeps, & sacerdos. Ex tunc enim impletur illud Osæ: Multis diebus sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacerdote &c.

Ecce iterum: In hostibus & muneribus vadent ad querendum Dominum, & non inuenient, quia ablatus est ab eis. Et merito, quia dixerunt: Tolle saluatorem, crucifige propitiatorem: idè perdidit salutem, & nullam habent defensionem.

Ad nouum igitur hunc canum immondorum, imò crudelium leonum clamorem, Pilatus iterum regni mentionem ingerit: Regem inquit, vestrum crucifigam? quasi dicat, Quales homines estis qui proprium regem crucifigere vultis? Perpetuo hoc vobis erit opprobrium. Loquitur tamen magis ironice, quam serio, tamen si lubi huiusmodi mysteris adhuc querit ipsorum furorem frangere. Adhuc enim adhorrebat innocentem sanguinem fundere. At verò Iudaeis nullus hic iocus erat. Non habemus, inquit, quid nisi Cæsarem quasi dicat, Regem nisi multa nobis de nostro rege dicis, quasi nos Iudaei proprium velimus habere regem? Nolumus hac suspitione maculari. Nolumus hinc neq; pro rege, nec pro Cæsare habere. Sufficit nobis Tiberius Cæsar. Hunc agnoscamus pro domino, huic & censum & tributum damus, sicut et Pilate melius nosti &c. Sic

Osee,

Osee,

igitur miserissimi Iudaei Messiam vestrum abnegatis & repulistis, & in locum eius Cæsarem elegerunt: quem tamen semper odio habuistis, & pro vero Edom vel Idumæo traduxistis. Hunc igitur habebitis, velitis nolitis, pro rege, & re ipsa eum habebitis. Nunquam Iesus hic nosset tanta crudelitate in vos sciantur, vt postea sciantur in vos Vespasianus & Titus. At si adeo Romano Cæsari dedisti estis, cur toties isti restituerit tot seditiones contra eum mouisti? Verum adeo odiebant Christum, Zach. 9. Math. 21. vt in ipsius inuidiam, Cæsarem commendarent, què maximè odiebant.

Hic vide quid faciat inuidia. Vt Christum occidere possint, perpetue se subiciunt seruituti, quasi dicat Malmum seruire Cæsari, quam sub illo rege esse liberi, seruietis ergo, vt discatis instantiam inter seruitorem Dei & seruitorem hominum. Hoc igitur verbo & Christum & Deum abiecerunt, quorum verque in scripturis rex ipsorum dicitur. De

Iaiæ 35.

Zach. 9.

Iere 23.

Deo enim sic dicunt: Dominus legerit nos, Dominus rex nos, &c. De Messia autem aperit dicit scriptura, ipsum regem futurum. Ecce, inquit, rex tuus veniet tibi manuetus &c. Et, Sufficabo David germen iustum, & regnabit rex, &c. Vtrunque autem, & Deum scilicet & Messiam hic abiecerunt, cum dicunt: Non habemus regem nisi Cæsarem. Merito igitur audiunt: Principes Israel dereliquistis me, & ego dereliqui vos.

Cæterum sic sedente Pilato tribunali, mittit ad eum vxor sua, monens sedulo, ne quid contra Christum seuerioris iudicii inteneret, asseritque se multa pro-

pter ipsum perpeffam esse. O miraculum, ait Theophylactus, qui iudicatur, vxorem iudicis terret. Quæ autem fuerit visio illa mulieris in somnis de Christo, Euan gelizæ non exprimitur: nec quifquam hic certum aliquid diffinire potest. Certum tamen est, quòd non sine diuina presentia visio hæc mulieri illi monstrata fuit. Nouit Deus omnia præordinare & disponere, plus quam omnes sapientes cogitare possunt. Vxor igitur Pilati pro parte iam ad Christum conuersa erat, ac stargebat etiam virum pro virili abducere, ne quid mali Christo inferret. In hoc certe laudanda est supra omnes Iudæos, quòd Christum ausa fuit conserire proprio suo Epitheto, ac ipsum iusta pronunciare: quod erat omnes Iudæos mendacis & iniustitiz accusare. Mulier autem, non viro, ostensa est visio: quia ille forsitan dignus non erat, & nemo illi credidisset, quando quidem alius laborabat pro Christo liberando.

Sunt tamen qui omnia hæc dia bolo attribuant, vt qui nifus fit per mulierem impedire passionem Domini, quam prius summis conatibus procurauerat. Iam enim videbat per eam passionem non Christum sed seipsum perdendum: quod vt citius impediret, accepit familiare sibi instrumentum ad vastandos viros, mu lierem scilicet. Verum iam abfor pferat, nimiumque impeggerat in aculeum hami. Sicut enim Aman impius olim perit in parabulo, quod Mardochoz parauerat: sic

Eph. 7.

& diabolus in cruce, quam Christo parauerat, perit.

In cruce enim Christus expos-

Col. 1.

liant principatus & potestates, & tradidit eos &c.

Et hæcenus quiddē de vxore Pilati. Interim Pilatus nihil his motus, ad sententiam dicendam se accingebat, carnali prudentia cōsultus esse ratus, ut multorum cōmōdo, vnius innocētis capite cōsular. Est enim seditio grāue incommōdum, & rērum publicarum ingens iactura: igitur turbæ satis facere volebat, nimirum typum illorum gerens, qui tam diu in iustitia perstant, quando eis per mundum licet & mundi amatores, qui ita iustitiam tenere vultunt, ut tamē nihil honoris aut rerum eis pereat. Adhuc tamen in anxia cordis dubitatione positus erat Pilatus. Cupiebat Iudæis satisficere, sed ediuerso horrendum videbatur eis, sanguinem innocentem fundere. Ideo allata aqua, manus coram omnibus lauat, hoc signū esse volebat, quod ipse nullam effusū huius sanguinis culpam haberet. Hoc autem ^{Psalm.} fecit non gentili, sed Iudaico more. Nam David dicit: Lauabo inter innocētēs, manus meas &c. Hoc imitari voluit Pilatus, Et manus quidem abluit, at non conscientiam. Dominus enim supra dixerat, ipsum in hoc peccare, quāuis non tam grauiter ut Iudæi & Indæ. Innocētis inquit sum à sanguine iusti huius: vos videritis. Ego, inquit, minister legum sum, vox vestra sanguinem fundit, non ego. Verum non sic euadēs ò iudicē iudex, qui non iudicēs: egeno & pupillo, sed ad vilis populi rumores & minas, con tremisic & iustitia declinas. Nescis quantē constantē iudicē esse decet, vt mille moribus aut te se obicit, quā in rectā iustitiæ semita declinet. Sic enim Sapientis aiti. Noli fieri iudex, nisi valeas virtute irrepere iniquitates,

Eccl. 7.

ne forte extimecas faciem potētis, & ponas scandalum in agilitate tua. Quare propter mendacitatem veritatis derisus? O bilinguis, qui eodem ore terque quaterque excusas, & mox iniuste damnas. Innocentem damnas, & innocētē non pronuncias. Quis te ò miser sic facinorū? Quis animi tui pietatem infecit? Tur perueritū iudicium? Nō vides quod per hoc iniudiciū facis iulisti Romano? Notam ponis in Cæsare, maculam in gloria tua. omnibus te reddis infamē. denique ad malē agendū, tui similibus exempla disponis. Non recordaris iuramentū præstitū. Non vereris iram deorum? Ad quid leges & iura & authoritas præsidium, si sic agere liceat? Iure contra te armarentur omnia elementa. quandoquidem quantam in te est. eorum confusis auctoritatem. Et quid opus erat culpam in Iudæos retrahere, quum ipse possēs eruere Sicibus equidem iniudicia traditum, erātque in manu tua, etiam te resse, cum absoluerē vt damnare.

Sedis à quo tibi potestas & virtus data est, ipse interrogabit opera tua & cogitationes scrutabitur: quoniam cum es minister regni illius, non rectē iudicasti. nec custodisti legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulasti. Sed audi quid Iudæi respondeat, cum audissent Pilatum omnem culpam sanguinis Christi in ipsos reuoluentem: Non tenebunt vt tanillum, imò rem leuissimam & paruam putant. nihil, inquit, est quò d hocce grauet aut impediā.

Noli quicquam hic sollicitus esse. Sine, iustus, sine iniustus sit hic Iudæus, omnis culpa mortis vobis in nos recidat. Nos inquam rem ^{hanc}

hanc fecisse volumus. Nos rei esse volumus sanguinis eius.

Tu tantum sententiam fer. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. O impios parentes. Vno enim hoc verbo, & sic & omnem posteritatem suam perdidērunt, verē geminā videramur.

Mat. 27.

Mat. 27.

Mat. 27.

Gen. 4.

Postquam igitur Pilatus manus abluerat, videbaturque sibi iam niue candidior, sententiam mortis in Christum fert. Parui enim estimabat hominem humilem & abiectum mortali ad iudicare. Neminem putabat huius cædis vindicem futurum: sed aliter postea expertus est.

Quid enim, si pius homo in terra non habet vindicem hominem, cum habeat vindicem Deum?

Deut. 32.

Mal. 56.

Mihi inquit vindicta, & ego retribuam. Sic igitur Barabbas laetor sine omni pena dimittitur, innocens autē Iesus flagellatus, morti imò cruci ad iudicatur. iustus pro iniustus. Sic vicerunt isti filii hominum, quorum dentes erant arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus: quia firmantes sibi sermonem nequam,

tam diu perstiterunt, donec traderetur eis ad crucifigendū. Sic igitur qui omnibus vitam dat, sententiam mortis propter nos fert. Nobis enim debebatur hæc mortis sententia in iudicio Dei. Verum Christus eam in se transiit. Sic, inquam, cui pater cælestis omne iudicium dedit, qui & aduocabit cælum de sursum & terram discernere populum suū, in cuius iudicio cælorum virtutes commouebuntur, & cæli magno impetu transibunt, elementa calore soluentur, infernus reddet mortuos suos, vniuersaq; contremiscent creatura, hodie velut visibilis dispiciet, & morti ad iudicatur. Heu quantus mortis discipulorum & aliorum amicorum corda oppressit, dū ablata omni spe viuendi, fidelissimum magistrum, Dominum & auxiliatorem, audierunt iniquissimo iudicio condemnari.

Quanta è Sicibus rabidorum canum infāna lætitia atque vocum exultantium confusio, dum facinorosissimum intentum suū, toties à iudice negatum, tandem clamorum suorum impunitatem obtinuerunt, dum cuius sanguinem sibi ebant, Iesum Salvatorems tradidit impius iudex crudelitatem voluntati eorum.

Quantum denique cruciabat agnū mitissimum, iam lupis traditum, & amercorum desperata tristitia, & hominum furiosa lætitia. Hic vides Christiane, quid nobis expectandum fuerat in iudicio Dei, nepe sententia æternæ mortis, nisi Christus nostri miseret, eam in se suscepisset. Vides item, quā nihil præsidii ponendum sit in mundo, cum Pilatus qui hæcenus Christus toties defenderat, nūc sine omni causa, vt

Ioan. 5.
Luc. 21.
2. Pet. 3.

Judeis gratificaretur, crucifigit.
 Mar. 6. Sic Herodes libenter audiebat
 Ioannē, & tamen eum occidit. In-
 iustum igitur sententiam Chri-
 stus accepit, vt nos iustissima
 damnationis sententia eximeret,
 & doceret non timere iniusta iu-
 dicia mundi. Huius igitur iudic-
 ii semper memores, Christo
 Domino totis viribus gratias refera-
 mus, qui pro nobis ad mortē
 condemnari, voluntariq; impio-
 rum Iudæorum tradi voluit, imō
 seipsum tradidit, vt nos confiste-
 re possemus in iudicio Dei.

Accipietes autem le-
 sum milites, exuerunt eū
 purpura, & induerūt eū
 vestibus propriis, & ab-
 duxerūt eū vt crucifige-
 rent. Et baiulās sibi cru-
 cem, exiit. Exeuntē au-
 tem inuenerunt quendam
 prætereūtem hominem
 Cyrenæum, nomine Si-
 monem, venientem ex
 agro, patrē Alexandri &
 Rufi. Hūc apprehēde-
 res, coegerūt vt tolleret
 crucē eius. Et imposue-
 runt illi crucē, vt porta-
 ret post Iesum. Sequeba-
 tur aut multa turba po-
 puli & mulierū, quę plā-
 gebant & lamēbantur
 eū. Conuersus aut ad il-
 las Iesus, dixit: Filie Ie-
 rusalē, nolite flere super
 me, sed super vos ipsas

& super filios vestros.
 Quoniam ecce venient
 dies in quibus dicent:
 Beatæ steriles & vērres
 quæ nō genuerūt, & vber-
 e quæ non lactauerunt.
 Tunc incipient dicere
 montibus: Cadite super
 nos; & collibus, Operite
 nos; quia si in humido
 ligno hæc faciunt, in ar-
 do quid fiet?

Charissimi fratres & amici
 Dei, qui finem salutaris crucifi-
 xionis benedicti Domini & dile-
 cti Iesu expectatis, ita insculpat
 vestris cordibus Deus memoriā
 magnæ huius passionis, vt inde
 nō tantum in fide magis robore-
 mini, sed etiam in patientia simi-
 lia patienti, vbi opus fuerit, ani-
 memini. Amen. Inuocate mi-
 sericordiam Domini, & ardentis-
 simis animis orate pro omni-
 bus Iudæis, paganis, hæreticis,
 peccatoribus & peccatricibus, vt
 Deus pater & creator omnium,
 omnibus gratiā & misericordiā
 largiatur, qua ab infidelitate ad
 fidem, ab impia vita ad pietate
 conuerti possint. Recordare
 summe Deus huius tam immen-
 se passionis, & ne in perpetuum
 irascaris nobis. Hæc præfari vo-
 luit, vt magis attentos vos reddā
 ad ea quæ nunc sequuntur.

Audiuimus enim quid Domi-
 ni passus sit, antequā finalis sen-
 tentia in eū ferretur. Audiuimus
 deinde, quānam fuerit illa senten-
 tia, nepe vt crucifigeretur. Nunc
 deinceps audiemus, quomodo ea
 senten-

sententia in opere completa fue-
 rit. Hic igitur attentas præbea-
 mus aures, non tam vt corporis
 quam mentis. In proximo est vt
 aperiantur venæ fontis aquarum
 viuentium, & effluat preciosissi-
 mum illud balsamum, cuncto-
 rum penetrans & liquefaciens
 pia corda. Post inquam igitur
 sententiam prolatam, susceperūt
 Iesum mitissimum agnum truci-
 dentem lupi. quod enim diu
 considerauerant, iam tandem ad-
 epti erāt, nempe vt occidere eum
 possent. Hic igitur impletū est
 quod Christus prædixerat, mū-
 dum in sua passione gauisurum.
 Gaudet enim mundus, cum pro
 libidine sua agere potest, cum se
 non habet arguentem, cum se
 corripientes in suam potestatem
 redegerit. Susceperūt itaque
 Christum sicut leo paratus ad
 prædam. Leo siquidem afflic-
 tus prædam, mox eam asportat,
 ne intercipiatur. Caruli leonum
 patrem prædæ, quam genitores
 ad cubilia afferunt, mox deora-
 rant, ne de eorum vngulis à con-
 catulis eripiantur. Ita & in Chri-
 sto factum fuit. Sic igitur viden-
 tur impij præualere, hæc enim ho-
 ri eorum & potestati tenebra-
 rum. Non quod impij verē præ-
 ualeant Christo, sed quod ipsam
 exinanierūt, factus obediens vt
 que ad mortem crucis. Signanter
 autem hæc nominantur milites,
 nam & hi Christum in domo Pi-
 lati illulerant, & nunc etiam offi-
 cio carnisficum sancti, Christum
 educunt & crucifigunt: quando-
 quidem hoc Iudæis non compe-
 tebat. Iustus tamen Iudæorum
 pontifices dici debent crucifixo-
 res Christi, quandoquidem ipsi
 eum & primō ceperunt, causa
 mortis fuerunt. Et reuera ipsi cru-

cifixores veri fuerūt. Vnde & Pe-
 trus ipis dixit: Vos per manus
 iniquorum suspendistis in ligno.
 Et paulo post Iesum, inquit, quē
 vos crucifixistis, Deus suscitauit
 & mortuus. Idem dicit eis Stephā-
 nus, nominans ipsos proditores &
 homicidas iusti Iesu. Sic & Pau-
 lus clarē meminit, quōd Iudæi
 Dominum gloriæ crucifixerunt.
 Quod enim aliorum manibus fe-
 cerunt, idem est ac propriis ma-
 nibus id fecissent.

Milites igitur susceperūt Ie-
 sum nam ipsorum potestati iam
 traditus erat: nec solum potesta-
 ti, sed etiam pessimæ eorum volun-
 tati. Et quia feria res ageba-
 tur, exiit enim eum veste illuoria,
 & induant eum vestibus pro-
 priis, ad maiorem ipsius confusio-
 nem, vt magis cognoscī posset, ex
 veste scilicet propria, quando-
 quidem ex facie tam multiplici-
 ter conspicua, percussa, afflicta &
 deformata, vix iam agnosci pote-
 rat. Coronam namque capiti eius
 non detraherunt, tenebant enim
 vel in aliquo releuare vel mi-
 nuere doleres eius, quandoquidem
 Dei prouidentia hoc factum fuit,
 ad ostendendum quod Christus
 semel in regem coronatus, in æ-
 ternum rex permanebit: nec ei
 quicquam aut regnum auferre,
 aut coronam regiam detrahere
 poterit. Decebat igitur, vt etiam
 coronatus ascenderet crucem, vt
 in illo suo sacrificio & rex & sacer-
 dos simul ostenderetur. Itaque
 eduxerunt eum. Sic nimirum
 impij illi agricolæ filium patris
 hæredem & vinea sua eiciunt,
 Huc pertinet figura de hirco, qui
 pro peccato immolabatur. Is enim
 extra castra quidē cremabatur,
 sed intra ciuitatē sanguis eius in
 tribus locis fundebatur. nam ipso

adsperebatur tabernaculum in-
terius, & sanctuarium exterius, &
altare. Ita Dominus Iesus pro
peccatis omnium diluendus spar-
sit sanguinem suum in ciuitate
in tribus locis, in domo scilicet
Caipha, extra praetorium Pilati
ligatus ad palmam, & in praetorio
spinis coronatus. Nunc per chari-
tatem cremandus in cruce, duci-
tur extra ciuitatem. Educitur au-
tem non vt predicator veritatis,
sed vt praecurior, vt latro, vt
magus, vt seductor, vt blasphemus
inclamatur, illud dicitur, irride-

Psal. 22. tur, exultatur, Omnes (inquit)
videntes deriserunt me: locuti
sunt labijs, & mouerunt capita.

Psal. 68. Et iterum: In me loquebantur
qui sedebant in porta, & in me
psallebant qui bibebant vinum.
Sic igitur qui suos & Babylone,
ciuitate diaboli & ecclesia malo-
rum, in Hierusalem, sanctam scilicet
Ecclesiam, introducit, is
nunc educitur. Qui suos ab in-
ferno ad suam hereditatem as-
sumpsit, nunc & sua hereditate

Ioan. 11. educitur. In propria enim
venit, & sui eum non receperunt.
Qui suos a societate demonij li-
berat, nunc cum latronibus edu-
citur. Qui suos ad triumphum
ducit, nunc ad mortem ducitur,
vel potius trahitur. Sic maledi-
ctus Cain fratrem suum inno-
centem educit in agrum, vt eum
occidat. O quam dissimilis
fuit haec Christi educitio, et qua
olim patres eorum educerent, ex

Gen. 4. Aegyptio. Illic enim dicitur,
Educit illos in laetitia; hic autem
ipse educitur in summa anxietate
& tristitia. Ille dicitur, Edu-
xit eos cum argento & auro:
hic autem ipse educitur in sum-
ma miseria. O vere miserabilis
educitio. Non sic sexto ante die

Psal. 104.

intra ciuitatem exceptus fuerat,
tunc enim vt agnus immolandi
desiderabatur, hodie macta-
tur: tunc a feno vebatur, hodie
sub onerosa cruce genua labant:
tunc comitatus discipulis, hodie
latronibus: tunc floribus ramis
Palmarum, & vestimentis com-
pita spargebant: hodie per lutu-
lenta, lapidosa & aspera festina-
re pelluntur: tunc & pueri ora
in laudes resoluabant, dicentes:
Gloria, laus honor tibi fili rex
Christe redemptor, Benedictus
qui venit in nomine Domini,
inanna in excelsis, hodie omnia
infamius, conuictius, ludibrijs, male-
dictis completur. O quam
dissimilia sunt, Benedictus qui
venit in nomine Domini: & Tol-
le tolle, crucifige eum: quam dis-
similia, Rex Israel: & Non ba-
bemus regem nisi Caesarem: qua
dissimilia, rami virentes & crux,
flores & spinæ. Et vt penali-
or ipsi fieret haec educitio, quod
nunquam alijs visum vel audi-
tum fuit, crucem ei imponit
propria: quam & ad domo Pila-
ti extra ciuitatem portare cogebat,
quod scilicet eius, quam la-
tronum illorum, peccatum ma-
ius fieret, & pro peccatis nostris
perfectius innocens Christi pas-
sus satisficeret. Et baiulans (in-
quit) crucem, exiit. Grande spec-
taculum, grande ludibrium: sed si
spectet pietas, grade hoc myste-
rium est, hic enim impletum, quod
Isaias dixit: Factus est principa-
tus super humeros eius. Principa-
tus enim Christi, est crucis, pro-
pter quam fuit exaltatus a patre,
hic & figura impleta fuerunt,
hic enim educitur Abel a fratre,
vt perimat: hic adest Isaac cum
lignis, & Abraham cum ariete in
ter vepres haerente: hic adest Ioseph

Is. 53.
Philip. 2.
Gen. 22.

Num. 21. seph eum talari tunica sanguine
lita: hic adest Moyses cum virga
& serpente suspensio: hic adest bo-
trus in ligno portatus. O quam
amarum fuit Christo, ex ea vrbe
excedere, quam tanti fecerat, vt
eam diuitius, potentia, regno &
Psal. 79. ligitio caelo & quare, eique autem
nunc & deinceps nam corpore
quam auxilio ob iniquitate quam
se defaturum, vintimque quam
plantauerat dextra sua, ab apro
singularique ferre despescidam.
Hic enim fuit vltimus egressus
Christi a Iudeis. Nunc in hunc vs-
que diem ad illos redit. Veritate
men nemo tam libens ad serutum
men Dei pergit, vt ipse in Calua-
riae loci, morte multatus, pro-
perauit. Exeamus igitur & nos
cum eo, improprium eius vel sal-
tem cogitantes.

Hebr. 13.

Primò enim verisimè de ipso
dicitur, quòd baiulauerit crucem:
nedum enim externè, sed etiam
internè baiulauit crucem. Nec
vllus vnquam hominum tantum
pondus crucis portauit, vt Chris-
tus. Nam primò portauit cruce-
m externam, quæ & maledictio
infamis, & ponderè molestæ, lau-
dibus humeros eius mirum in mo-
dum grauabat. Reuera enim
piè credi potest, per hanc crucis
baiulationem, omnem scapularum
cuiem vsque ad cruzæ ferulam
uelationem, ita concussam, exa-
gitatam, & confricatam fuisse, vt
priorum plagarum vulnera aut
innouata sint, aut in vnum vultum
nimia dilaceratione redacta. Cui
enim crucis lignum & longum &
poderosum fuerit, nõ aliter eam
portare potuit nimium fatigatus
Iesus, nisi vt vna pars scapulis,
altera terræ incumbere: quo fa-
ctum est, vt per lapidum asperita
eas & terræ callositatem tractum,

suo timore vulneratas Domini
scapulas sine intermissione gra-
uius vulneraret: nonnumquam &
capiti illius, dolorem etiam spi-
nae coronæ renouaret. Vnde ne-
mo satis edicere potest, quantum
dolorem Christus suo hac cruce
sustinuerit: nec dubium, quin se
fatigatus & debilitatus, lapsus
sub hoc pondere crucis cecide-
rit. Omnia enim sic scripta & facta
sunt, vt videamus Christum
sine omni misericordia ab ipsis
tractatum fuisse. Sic enim & nos
in æternum sine omni misericor-
dia assignendi eramus, nisi Chris-
tus hoc in se transulisset. Ideo
itaque crucem hanc ei imposue-
runt, vt hæc eductio maiorem ip-
si & dolorem & confusionem in-
ferret. Non enim poterant exspe-
rare, donec ad locum passionis
venirent. Deinde etiam ideo cru-
cem ei imposuerunt, quia propter
nausam & maledictum, nemo
illud lignum vel tangere vole-
bat. Sic enim & nunc omnes cruce-
m Christi & pro Christo abomi-
namur & fugimus, cum tamen
interim plerumque maiora cogamur
ferre in mundo.

Cæterum non tantum hæc ex-
terna crux premebat Christum.
Erat & alia crux spiritalis, quæ
menem pii Iesu non minus multa
amaritudine ab initio vite ad
exitum vsque, sine vlla gaudiorum
interpellatione premebat
& cruciabat. Hæc erant peccata
nostra. Siquidem omnium
hominum peccata cruce Christi
superposita erant. Ipse enim peccata
nostra portauit super lignum,
vt ait Petrus. Et in ipso potuerunt
Dominus iniquitates omnium
nostrarum, vt dicit Isaias. Hoc ta-
lenum plumbi, hæc colligationes
imperitias, his fasciculis spinarum,

1. Pet. 1.
11a. 53.

quouis monte ponderosiores, Christum premebant. Hoc tantum onus, quod vel celi soliditatem, intermedii mundi spatium, terraque stabilimentum pererraret, subiecitque omnia contunderet, pii Iesu hemeris alligatur. Vbi interim vide impietatem nostram. Nos peccamus, & tamen crucem fugimus, eamque super innocentem Christum suum iacere, & ne sic quidem gratias ei agentes. Quanta igitur erit damnatio nostra?

Christus quidem est solus crucis grauitatem & pondus senserit, cum tamen non sibi, qui sine peccato fuit, sed nobis & pro nobis portauit, idque dupliciter. Primo enim prout nobis crucem ministerio, nobis scilicet per hoc ministrans & seruans. Crux enim eius, nostra crux est: quum ab humeris nostris suscepit, & in suos transfudit. Crucis autem appendix, est maledictio. Maledictus enim omnis qui pendet in ligno. Atque hoc in cruce grauisimum est.

Nam tolerabilis forte esset crux dolore: sed quando accedit maledictio, ea demum extrema miseria est. Proinde cum Christus in se crucem nostram suscepit, suscepit etiam crucis maledictionem. Factus est enim pro nobis maledictum & execratum, ut nos à maledictio legis liberaret. Nostra erant crux & maledictio: sed Christus vtrunque nobis prout ministerio. Hoc igitur cogita cum te peccata terret, conscientia angit, & maledictio premit, & nunquam desperabis.

Deinde Christus crucem nobis prout in exemplum nostrum, prout scilicet sequamur vestigia eius. Christus (inquit) passus est,

vobis relinquens exemplum. Et Christus ipse: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam. Et iterum: Qui non accipit crucem suam, & venit post me, non est me discipulus. Omnino ferenda est crux. Stare enim sententia: In mundo preffuram habebitis. Et per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Sed enim crux ipsa grauior est, quam vt sustineri possit: & nos imbecilliores sumus, quam vt eam viribus nostris ferre valeamus. Quid igitur faciendum? Num abiicienda crux? Nequaquam, sed inspicienda crux Christi. Quo modo, inquit? En Christus cum sit vnguentis filius Dei & summe benedictus, fieri non potest, aut omnia suo attractu benedixerit & sanctificauerit. Quemadmodum enim caro impura, maledicta, & peccatis obnoxia, quocumque attingit, ita cruciat: simpur enim omnia sunt impura: Vnde & primo homini post peccatum omnia maledicuntur, adeoque ipse Deus peruersus sit peruersus, Psal. 17. Ideo & in lege multis maledictionibus oneratus peccator.

Maledictus, inquit, eris in dentibus, in agro &c.) ita conuerso ex contactu super benedicti filii Dei, omnia benedicuntur & sanctificantur, etiam ea quae per se maledicta sunt. Attingit autem Christus esurien, frigus, persecutiones, opprobria, sanguinem sudorem, crucem, mortem, infernum: sed suo attractu hæc omnia benedixit & sanctificauit, vt iam non amplius in malum, sed in bonum cedant creditibus. Proinde vbi aliquid horum te premit, ante omnia vide

vide vt in tua cruce in Christum respicias: quod si feceris, nedum non desices in tribulatione, aut aduersus tribulantes insanies, sed insuper gloriaris in afflictione. Huius figura præcessit in aquis Rom. 5. Marath, quæ tam amara erat vt nemo eas bibere posset, sed inuenio per Moysen ligno, quod Deus ipsi ostenderat, dulces factæ fuerunt. Hoc est lignum crucis Christi, quod omnia amara, nobis dulcia facit. Sic paupertas Christi nostram paupertatem consolatur: mors ipsius, mortem nostram &c. Hinc igitur dulce patienter ferre laborem in via ad cælum: imò hinc vires tibi collige, vt & tu possis portare crucem tuam. Huc inquam accede, quisquis es qui pro Christo ad mortem reperis, aut pro iustitia vel innocentia. In hac enim abductione Christi ad crucem, imò sub cruce, te ipsum per fidem inuenies: vt quemadmodum Christus visus fuit mundo ad turpissimum mortem abduci, & tamen est adductus ad gloriæ longè omnium clarissimam, ita si per fidem factus fueris membrum Christi, videris quidem abduci in extremam miseriam, abduceris tamen ad gaudium sempiternum. Nam propterea Christus in hac horam venit, vt te vna secum per mortem ad vitam ducat. Hanc consolationem nobis dat, quod Christus crucem sui bauilauit. Nemo igitur vel in peccatis suis desperet, vel in externis malis desinat, vt vobiscum in Christum respiciat: & leuius feret, consolationem que recipit.

Oberandum autem quod non facis et crucem portare. Non enim qualibet crux ad vitam ducit, sed crux Christi. Quatuor siquidè sunt genera homi-

num, quæ crucem portant. Alii eam voluntarie portant, vt pii homines. Alii inuiti, vt mundani & impii, qui & ipsi non sine cruce sunt, sed inuiti eam portant, quemadmodum Simon. Alii cruce vt portant, sed alienam, suam enim fugiunt & abiiciunt, vt hypocritæ. Alii crucem quidem portant, sed Christum non sequuntur, quin potius diabolum, vt omnes impii. Tu igitur vides, vt cruceam tuam portes, & Christum sequaris. Sed audiamus etiam sequentia. Exeuntes autem, inueniunt quendam præteritum &c.

Hic vides, verum esse illud Pauli: Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, vt conscientia sustinere. Hac ratione Simon ille obuiam Christo nullus est. Et tibi quoque non deerit Simo aliquis, qui te subleuet & consoletur, qui te constanter in persecutione & tentatione perduraaueris. Ideo tam diligenter Euangelistæ hunc hominem describunt, & à patria, & à conditione, ad maiorem fidei confirmationem: & vt non dubitantes futuros aliquos qui tibi in aduersis assistant. Nominè dicitur fuit Simon, quod interpretatur obediens. Nemo enim alius cruce vultit portare, nisi sic audiens & obediens. Patria fuit Cyrenæus, nempe à Cyrene, quæ vna ciuitatum Pentapoleos fuit fortassis enim hic Simon profectus fuit, vel fortassis etiam illuc tunc Iudæa habitabat. Insulic & filii eius nominantur, ne quæ scilicet de hoc factis dubitaret. Hunc igitur apprehendentes milites, coegerunt portare crucem quam

quam aliis nemo vel attingere volebat, terris scriptura verbo de maledictione ligni. Itaque Simoni huius etiam multo imponitur crux, non vt beneuolentia gratia Christum aliquantum resocillarent; sed onere leuarent: sed quia vel Christo tam debiliter incedente, etiam omnis mora illis molesta esset: vel quia maioribus supplicii ipsam referunt volent. Sic enim mundus quos resocillat & gaudio implet, eos postea maiori dolore afficit. Sic Israelitis in initio summo honore affecti fuerunt ab Aegyptiis: sed quata afflictio & angustia postea secuta fuit? Sic Dauid a pascuis vocatus fuit ad aula regiam: sed postea mortis periculo coactus, in exilium fugit. Adeo mundi huius beneuolentia in malicolementiam definit.

Mysteriū

Ceteram non sine mysterio contigit, quod hic de Simone narratur. Hic enim Simon, typus esse debet omnium obedientium Christianorum, qui cruce cum Christo portant, etiam si caro ipsorum sic obnitatur, vt necesse sit eam cogi ad suam ipsius salutē. Vnde & ab Origene haec dicitur salutaris angaria. Caro enim nostra non fert cruce, nisi coacta, & spiritu Dei mortificata, quae tamen coactio et vis est. Quod aut Simon cruce quidem portat, sed non in ea moritur, eos significat, qui cruce quidē ad tempus cum Christo ferunt, sed non peruerunt. Sed nec hoc sine mysterio est, quod Christus primō cruce portat, & post Simon. Nullus enim nostrum cruceam portare possit, nisi Christus eam priore portasset. Sed quid ultra in hac processione contigit? Sequebatur, inquit, lesum multa turba. Opor-

tebat enim & dignū erat, summū sacerdotē non nisi presente omni populo sacrificiū suum perficere. Ceterum non eadē mente loquebantur aut affectū. Pētrifics quidem, vt cuius mortē imperauerāt, morientem Ierū adspicerent: Mulieres verō, vt quae viuentem dilexerāt, & viuere desiderabāt, moriturū, morientē & mortuum plorarent. Non autem ideo solus mulierū plāctus inducitur, quasi illa sola & non etiā plurimi viri de Christi passione essent testificati: sed quia femineus tāquam contēpibilior sexus, liberus hoc audebat praesentibus principibus plorant. Itaque mulieres patē quidem, sed tantum humanitatem, quem enim vel etiam incredulorum (modo homo sit) haec miseria Christi conspecta non moueret, cum etiā iusta supplicia videntes pii homines, vix se contineant ad lachrymas: At Iesus praetermissa furentis populi turba, ad mulieres se conuertit & amantes & plorantes, (nouit enim qui sunt eius) ac festū prohibet: Non quod malum esset, propter tantam Iesu illatā iniuriam decens esset, non aliter quam pro more aliorum qui puniuntur, ipsum de se. Filiz (inquit) Hierusalem, non necesse est vt pro me, qui tristem hanc processionem nunc perago, ploretis. Non enim pro peccatis meis haec patior, imō quod & ipsum vos neficis, huius exitus meus toti mundo adferret gaudii & magna bona. Nō igitur decet Iudaeis triumphū, nec lamenta victoriam. Quōd si omnino decreūt vobis esse plorare, hoc ipsum facite super vos & filios vestros, etiam si in hac mea processione non mecum sint.

sint. Nam in hoc ipso loco praedictum vobis volo, tam tristitia, aduersa, & periculosa tempora ventura esse, quod omnes tam viri quam feminae, tam iuuenes quam senes, tā diuites quam pauperes, in tantam angustiam veniant, vt optarūt sine se nunquam natos fuisset. Felix illa mulier, (dicitur) quae non filios nec filias habet, propter quos tantum dolo rem sentire cogatur. Imō tanta erit angustia, quod optabitis vos non super, sed subter terram esse, & in intemis montibus & petrarum speluncis abditos, ne quis vel videre vel inuenire vos. Quicquid enim videbitur & inuenietur, mortem non effugiet, etiam si mille capita haberet. O igitur ciues huius sanguinaris ciuitatis, cogitate quae dico, & plorate super his quae vobis euenient. Si enim in viridi ligno haec faciūt, in arido quid fiet. Viride lignū, scilicet sum & tuos electos: aridū verō impios & peccatores significat. Si ego ipse inquit, qui peccatū non feci, qui lignum vitae merito appellatus, fructus gratiae per singulos menses duodenos affero, sine igne passionis est mundum non excoquid putas eos manere tormenti, qui fructibus vacui, insuper ipsum lignum vitae, flammis dare non metuent? Si nunc est tempus vt incipiat iudicium à domo Dei, & omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur: quis erit finis eorum qui non credunt Euangetio? Sed queris quod tendat terribilis haec prophetizatio Christi? Respondeo, ad bellum Iudaeum, hoc est, ad magnam illam miseriam, cuius similis nunquam leuata, aut visita fuit, quae post quadraginta annos Iudaeos obruit, nempe

insigne & exitabile bellum Romanorum contra Iudaeos sub Vespasiano & Tiro imperatoribus: quod bellum nec Iosephus, nec Ezechielus satis describere poterunt. Haec autem miseriam & exterminationem Iudaeorum Christus non solum hic, sed etiam antea praedixit. Luc. 19. & 21. Ceterum si tantum timorem & tremorem Iudaei inuenit iratus Titus, quantum inuenit omnibus gentibus iratus Christus, iudex vitiorum & mortuorum, qui tam iuste iudicabit, quam iniuste iudicatus fuit?

Christus igitur lignum viride est & frugiferū Psal. 1. & 51. quid enim melius & magis frugiferum ipso fuit? E contra arbor lignum erant aridum & arbor infructuosa, Matth. 3. Luc. 13. Iuuenes autē & virides arbores, non facile succiduntur, maxime si frugiferi sunt, quod si illae succiduntur, vae infructuosas, antiquis & aridis arboribus quod si Romani milites tam impie aequibāt in Christo innocētes, facile colligi poterat, quae crudeliter perdituri essent noxios & impios Iudaeos. Et sicquidem factum est verbum Christi verum, & in effectū probatum est. Docemur igitur hoc loco, nos ipsos plangere in Christo. Nō enim propter Christum flere debemus sed propter nostra peccata, quae tanta auerunt, vt Christum ad mortem adferant, qui tamen filius Dei erat & est. Quod si filius Dei pro alienis peccatis tam crudeliter puniuit fuit, quid nobis patiendum de peccatis propriis? Vere enim venient dies, in quibus peccatores optabunt se nunquam natos fuisse &c. Hic igitur ploremus. Haec miseriam nobis certō praenūciat passio Christi, nisi

Deut. 17.

10. & 1.

Apost. 1.

2. Tim. 2.

Mat 24.

si, nisi ad ipsum conuerſi, virtute passionis ipsius liberemur. Docet item locus iste, non praesentia mala, quae momentanea sunt, esse debere occasionem felicitatis nostrae, sed futura & aeterna mala. Haec tamen da & deservenda sunt.

Sic igitur Christus etiam in sua cruce aliorum mala deplorat, & eos qui praesentem Dei gratiam nedum non recipiunt, sed etiam persequuntur, admonet futuri iudicii, vel se terreatur. Sequitur.

Ducebantur autem & alii duo facinorosi cum Iesu, ut interficerentur. Et perducunt eum in locum, quod dicitur Hebraice Golgotha, quod est, si interpretari, Caluariae locus. Et ibi dederunt ei acetum sive myrrhatum vinum, cum felle mixtum, bibere. Et cum gustasset noluit bibere. Et crucifixerunt eum, & cum eo duos latrones, vnum a dextris, & vnum a sinistris, medium autem Iesum. Et impleta est scriptura quae dicit, Et cum iniquis deputatus est.

Iam ferme charissimi fratres, peruenimus cum Christo Domini nostro, eius vestigia insequentes, non tamen sine dolore propter peccata nostra, quae Christo

causa fuerunt omnis suae passionis. Iam locum vique ubi amarissima morte pro omnibus peccatoribus mori volebat, quandoquidem non ipse, sed nos mortem merueramus.

Locus autem ubi Christus mortem pertulit, ab Evangelistis diligenter describitur, ut certior fiat apud omnes homines fides historica. Dicebatur autem locus ille Hebraice Golgoeth, vel Ghaldiae Golgatha, quod significat aliquid rotundum, sicut est caput humanum, aut caluarie, etiam, vel testa capiti. Sic autem nominabatur locus ille, quod ibidem iacebant caepite hominum occisorum. Nec Evangelistae nostri aut etiam nos vere eundamur conſiderari, Christum in eo loco crucifixum, ubi malefactores puniebantur, imò gloria hoc ducimus. Hunc enim ignominiosum locum Christus magnifice sua sancta morte honorauit, vti iam non locus damnatorum, sed vere sanctorum nobis sit, quandoquidem illic sanctissimum sanguinem suum fudit. Ad hunc igitur locum Christum perduxerunt & quidem comitatum duobus latronibus, ut ubi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrii. Sic igitur locum Caluarie non est immundus locus, sic Christus eo perductus, descendit in extremas immunditias, ut eas sanctificaret & emundaret. Atque hac defensione sua, qua se dimisit ad extremas abominaciones, ascendit in altissimam gloriam.

Habet enim Christus aliam scalam, quam habet mundus, sed ad alta nititur. Mundus alte scan descendit nititur ad alta; sed quo altius tollitur, eo profundius ruit Christi

Christus autem ad alta nititur, in infima descendit: & quo profundius descendit, eo altius ascendit. Sic enim sententia: Omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.

Ad locum igitur supplicii Christi perductus, antequam cum crucifigerent, dederunt ei bibere, non tamen nisi amarissimum potum, nempe ex felle & aceto, vel vinum myrrhatum, quae enim deterris & amariis quicquam habere poterant. O crudelium impietatem, quae nihil omnino misericordiae & consolationis praestare afficitis. Laborauerat Dominus per totam noctem, interque tam feda lapsa & violenta verbera, tantum non exhalat spiritum. Nunc autem cum exhaustis viribus & totus aridus eo loci venisset, ubi mori volebat, vinum quod morientibus & his qui amaro sunt animo, nimirum mortis supplicio afficiendis, praestari consueverat a fidelibus & piis, flagitiosi nebulones eberant, & in eius locum amarissimum hunc potum Christo offerunt, ut impleteret illud Psalmi: Et dederunt in escam meam fel, & in fumi meae potauerunt me aceto. Merito igitur Christus dicere potuit illud Ieremiae: Vinea mea electa, quomodo conuerſa es mihi in amaritudinem? Verum hunc potum gustauit quidem Christus, sed noluit bibere, nimirum ut gustum perſuaderet nobis mortem esse salutarem. Sicut enim medicus pharmacum praegustans, aegrotum ut accipiat perſuadet: sic Christus mortem (vere amarum poculum) praegustauit, ut nos alacrius eam adaeamus. Sic Paulus: Videmus, inquit, Iesum gloria & honore coronatum, ut per gratiam

Dei pro omnibus gustaret mortem. Huc pertinet & illud: Ero oſter. mors tua o mors. Itemque, Ab. 1. Cor. 15. forſita est mors in victoria.

Hic nunc incipit ipsa crucifixio, qua sanctissimum, tenerissimum & mundissimum corpus Christi, denudatum, manibus & pedibus durissimo ligno extensum & confixum fuit, non sine grauissimo domini Iesu dolore. Paulisper igitur hic immorandum nobis est. Iam enim ad summae passionis peruenimus. Et quidem Evangelistae breuissime, imò vno tantum verbo, rem hanc explicant, Et crucifixerunt (inquit) eum. Pauca inquam referunt, sed multa nobis cogitanda relinquunt. Primum enim ipsam crucifixionem praecipit iterata expoliatio: Nudatur igitur vestibus, qui caelos stellis, terram floribus vestit; & qualis in paradiso primus homo habitauit, talis in paradiso secundus Adam intravit. Expoliar igitur se permittit, ut vestem innocentiae nobis reciperet. Coram omnibus nudari, non horruit, ne nos nudi coram Deo inueniremur. Confusionem sustulit, ut conscientiae nostrae reatum tegeret. Beatus enim cuius testa sunt peccata. Altissima igitur hic pauperatam in seipso ostendit, haec enim quibus quantus (ut Paulus ait) Cum dives esset, descendit quae ad inenarrabiles caeli diuitias, veniens in mundum, istas qualescunque diuitias habere noluerit, tamen nuda virginitatis & aliorum ministeria non spreuit. Nam & ab eis patris eius & panis amicum: & qui uis etiam tuum filium hominis non haberet ubi caput suum reclinarat, vsum tamen praepetis in quo

reclinavit eum mater, atque hospitium Marthae & aliorum non spreuit. Hodie autem altissima paupertate premitur, non permittitur ei ministrare mater, sed nec accedere: pro cibo & potu, stientis sel & myrrha offertur: Omne etiam capitis reclinatorium tollitur: ab omni tugurio, domo, & ciuitate eicitur: sub dio crucifigitur: non panis cuiuscunque tegitur, sed vestitus etiam proprius nudatur: Sicque extrema media conficitur, cui non solum rerum proprietates admittit, sed omni etiam necessarius rei vsus negatur, nisi diuitias computare velis, quod sola crux acerbissima assignatur, quae crux, lesu secundum Ioannem nuncupatur. Nunquam & nisiquam talem pauper tatem legimus, nec Lazarum qui dem illum vicerofum, cui est defuerunt humana obsequia, lingebat tamen canes eius vulnera. Est non dabatur ei aliena, non tamen sua ei auferbantur pannosa vestimenta. Quantum autem talem dolorem Christo hae expoliatio vestimentorum intuleris, nemo facile explicabit. Nam dum vestem carni sanctissime proximam, & flagellorum vulneribus iam impactam & rotam inherentem, violenter & festine, tanquam ad mortem Domini properantes, abrum perent, omnia vulnera innovarunt: cum sanguine sanie fudeant multo crudeliter, multoque dolorosius, quam primis flagellorum ictibus inflixerunt. Quod si nihil haecenus passus fuisset Christus, sola tamen haec expoliatio suffecisset pro redemptione mundi. Experientia enim teste videmus, si lana modica aut panniculus recentis vulnere immisus,

Luc. 16

vulnere coagulari, in eius violenta extrahente longe maior poena, imo vix tolerabilis sentitur, quam in eius prima inflicione. Ausit & hoc dolorem, quod corpus illud tenerimum sic denuo vulneratum, denuo rubricatum sanguine & velut exornatum, fignoribus & ventis nudum exponeretur. Vt interim taccam ipsam confisionem, quae maxima fuisse non dubitatur, sic eam omnibus amicis & inimicis denudari. Verè igitur ad nos dicit: Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Hic vide homo, quati confisteris Deo tuo. Verum audi adhuc maiora.

Nudato igitur Domino, in maioris tristitiae augmentum, in eius oculis crux aptatur: atque, in qua immolandus verus agnus pro vniuerso mundo erat, praeparatur. Petere brabant igitur impietatis ministri cruce. Mox rabido furore Christum spoliatum vestibus, sed ipsis adhuc coronatum, super crucis si pitem proiungunt. O caelum, terra, mare, non alibi tristius vidistis spectaculum. Laeuam primò arripiunt, clauicque pollicali crassitudine acuto, malleorum ministerio cruci ita affigunt, vt volam ipsam carnemque clausi secum intra foramen raperet, vt non affixam, sed adfer ruminatam crederes. Pari immanitate, immaniori tamen tortura, ad dextram procedunt. Distabit nimis foramina, neque extensis manibus respondebant. Insuper & nerui (vt fieri solet) ad mutua subsidia extractores redditi erant: cumque dextera cauernulae applicaretur, minimè pertingebat. Alia itaque feuitis instrumenta quzerunt funibus hinc inde liga-

Psal. 114.

114. 57.

114. 57.

114. 57.

ris. Alii sinistram rursus vincitam, ne erumperet, sollicitè adferunt. Alii dextram tam diu tendunt, do nec laici loco sese accommodaret, eamque perfodiunt, & affigunt. Deinde & pedes quoque eadem atrocitate cruciant: clausi traiciunt, trahunt, expandunt, nõ sine poplitum compagumque omnium solutione: vt neruus, venas, fibras ossaque singula nimirè posse, nullaque in toto corpore ruga maneret. Sicut igitur prophetica cithara Davidis, tensa est: & quod ille praecinit, Foderunt manus meas & pedes meos, diminuerunt omnia ossa mea, impletum est: Sic immaculatus agnus, in nullo oblatrans, nec ossa suum aperiens, ad occisionem ductus, in ara crucis immolandus, durissimè ligatur, imò affigitur. Hic igitur oculos & aures intende o Christiane, Multa haecenus passus fuit Christus, sed in sola carne. Nunc venitur ad extremum & intimum me dillum & summam dolorum. Nunc nerui ossaque examinantur, qui dolor est vehementissimus in manibus & pedibus, vbi nerui & ossa ita conueniunt, vt non nisi magna vi & intentissimo dolore stungi possint. Veram ita oportebat Christum medicari peccatis nostris: quia enim in homine à planta pedis vsque ad verticem capitis, nulla erat sanitas, idque tam externè quàm internè, oportebat vt & Christus omnibus penis obiceretur. Extendit igitur brachia, ad iudicandum quòd omnia haec voluntarie & ex summa charitate sustinebat. Pedes etiam fodicari & affigi permisit, vt ostenderet se non cessaturum, donec plenè satisfactum esset pro nobis &c. To-

tum denique corpus offert in holocaustum, vt patrem nobis reconclaret, nõsque doceret omnia membra offerre in obsequium Christi. Quam iuste igitur hic dicere potuit Christus, & conquiri contra Iudaicum populum: Peppule meae, quid feci tibi, aut in quo molestus fui? Ego pro te flagellauit Aegyptum, cum primogenitis suis, & tu me flagellatum tradidisti. Ego te paui manna pro deserto, & tu me cecidisti alapis & flagellis. Ego te potaui aqua saluta de petra, & tu me potasti felle & aceto. Ego pro te Chananaeorum reges percussisti, & tu percussisti arundine caput meum. Ego dedi tibi sceptrum regale, & tu dedisti capiti meo spineam coronam. Ego te exaltaui magna virtute, & tu me suspensum disti in patibulo crucis. Quid vltra debui facere, & non feci? Ego quidem plantaui te vineam meam speciosissimam, & tu conuersa es mihi in summam amaritudinem &c.

Verum omisit Iudaeis, nos nostrum negotium agimus. Considera igitur o homo pius hoc spectaculum. Manus enim quae caelum in sapientia fundauerunt, quae competitos soluere, elisos erigere, fuisse contactibus vniuersos solebant sanare, in crucis patibulo distendantur. Pedes quibus fe mare calcabile praebuit, quorum scabellum adorandum erat, pedes inquam qui non steterunt in via peccatorum, sed semper ambulauerunt in lege Domini, clauorum acumine perfodiuntur. Corpus purissimum, in quo thesaurus totius gratiae seruatur absconditus, penitus, denuatur, & durissimo ligno affigitur. Facies speciosa pro filiis ho-

q minum

minum quæ affligos & mitrentes omnes consolabatur, facies in quam angeli desiderant prospicere, in pallorem horridæ mortis commutatur. Quid commissi dulcissime puer, vt sic iudicaris, adeoque crudeliter tractaris, adeoque scelus tuum? quæ culpa tua? quæ causa tui doloris? Ego ego causa sum omnis tui doloris. Ego viam acerbam comedi, & dentes tui obstupuerunt. Imò etiam nunc miser ego rideo, garror, &c. dum tu pro me ploras, pateris, sitis, &c. Festino ad gaudia, dum tu pro me cruci affixus pendes. Caput vno, adultero cutem, dum tu spuis, sanguine, liuore illitus, quasi leprosus pendes. Manibus etiamnum impiè ago, quasi non plus satis peccatum sit, dum interm innocens missæ tuæ manus pro me ligno configantur. O ingratitudinem nullo non supplicio dignam. Sicinè gratis agimus? Quam merito igitur nos absterere debet à peccatis hæc Christi crucifixio? Quæ enim venia nobis speranda est, si hic non solum ingratii fuerimus, sed insuper denudò Christum peccatis nostris crucifigamus?

Cæteràm multæ causæ assignari possunt, cur Christus voluerit crucifigi.

1. Primò enim hoc idèò factum est, vt inter cælum & terram positus, verum se ostenderet mediator Dei & hominum.
2. Secundò, quia in ligno peccatum commissum est, idèò etiam in ligno peccati expiari voluit.
3. Tertio, quia diabolus in ligno vicerat hominem, in ligno quoque eum vincere voluit Christus.
4. Quarto, idèò hoc modo crucifigi voluit, vt vel ex ipsa forma crucifixi corporis eius discere-

mus, quid ab ipso nobis expectandum sit. Sic manus extendere voluit, vt ostenderet apertam nobis esse viam ad ipsius cor, & misericordem dilectionem. Pedes affigi voluit, vt ostenderet se non recessurum donec plenè redempti essemus. Manum dextram extendit, quia bona dare: Sinistram autem, quia mala auferre venerat. Pedem dextrum affigi voluit, quia bonos confirmare. Pedem sinistrum, quia malas cogitationes sanare venerat.

Quintò, etiam idèò crucifigi voluit, vt ostenderet vel ex ipsa crucis forma fructum suæ passionis. Sicut enim crux quatuor cornua habet, sic & quatuor sunt præcipui fructus Dominicæ passionis. Cornu superius versus cælum, significat quòd per passionem Christi reparata est ruita angelica, & apertum nobis cælum. Cornu inferius, quòd per eandem redempti sine parces è limbo. Cornu dextrum, quòd per eam collecti sunt filii Dei in mundò dispersi. Cornu sinistru, quòd per eam etiam inimici reconciliati sunt.

Sextò, etiam idèò crucifigi voluit, vt vel sic ostenderet formulam Christianæ vitæ. Sicut enim crux habet quatuor illas dimensiones, longitudinem scilicet, latitudinem, altitudinem & profunditatem: Hic autem significantur quatuor virtutes principales, in quibus consistit Christiana vitæ: Profunditate significatur fides, quæ occultis diuinæ voluntatis vocatidè, prima in fundo cordis quæ si fundamētum in ædificio Dei pui sit. Longitudine significatur perseuerantia, Altitudine spes, Latitudine charitas. Nam de his potest intelligi illud Apostoli, Vt pol. Eph. 4. 13

7 sitis comprehendere quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum &c. Demum etiam idèò crucifigi voluit Christus, vt doceret nos etiam totum corpus nostrum extendere in seruitium Dei, & carnem nostram crucifigere, quemadmodum Paulus qui dixit: Christo cõsum sum cruci. Itèmq, Ego stigma Domini lesu in corpore meo porto.

Gal. 2. Sic seipsum offerre, gratissimum Deo sacrificium est.

Gal. 6. Hactenus igitur de ipsa crucifixe. Hæc igitur peccata, cratem in altum tumultu clamore amarulentiæ conuiciis & opprobriis sustollunt. Aderat rupes in eum vsam excauata, vt crucis pedem caperet & clauderet. In idipsum receptaculum ipsum cratem non illabi, sed ruere tanto impetu faciunt, vt tor laboribus maximis nouitque dolor adderetur, viscera intima tremere, vulneraque manum ac pedum hæctenus claurorum obstruere obstruã, tanto casu laxarentur, vnde vberim sanguinis riuuli denudò scaturierit. Sic igitur ruptis ille paradisi, fons sanguinis Christi, de loco voluptatis, corpore scilicet Domini, per quatuor partes diuisus, manuum scilicet pedumque fossuras. Et copiosissime effluens, irrigauit vniuersam terram, peccata onanum credentium abluendo. Hic igitur impletum est quod Christus dixerat: Ego cum exaltatus fuerò à terra, omnis traham ad me ipsum. Et iterum Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Hic enim ea deserpente sacro figura veraciter impleta

est. Hic denique Christus tanquam verus mediator Dei & hominum, coram Deo assitit, vt summus sacerdos & pontifex, se ipsum pro nobis oblaturus, dicef. Pfal. 39. oblationem noluit: tunc dixi, ecce venio: in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, quasi dica, quia hæctenus nulla alia sacrificia te homini reconciliare potuerunt, ego vniuersum filium tuum, me ipsum pro homine tibi offero.

Et nos igitur fratres, pontifici nostro fe pro nobis offerent, cum deuotione adfitemur, oculosque mentis nostrum in ipsius sacrificium subleuemus, ac ex toto cor de dicamus: Respic sancte pater de sanctuario tuo, & de excelso cælorum habitaculo, & inuere hæc sacrosanctam hostiam, quam tibi offero magnus pontifex noster sanctus puer tuus Iesus pro peccatis fratrum suorum, & esto placabilis super multitudinem malitiz nostræ.

Ecce vobis sanguinis fratris nostri clamor ad te de cruce. Ecce agnus sine macula, qui coram tondite fe obmutuit: En qui peccatum non fecit, peccata nostra pertulit.

Respic Domine in facie Christi tui, qui tibi vsque ad mortem obediens factus est: nec recedat ab oculis tuis cicatrices vulnerum eius, vt memineris quantam satisfactionem pro peccatis nostris ab eo acceperis. Respic pater piissime cum qui patitur, & reminiscere benignus pro quo patitur. Aspice misericors conditor dilectæ sobolis humanitatem, & miserere super infirmi plasmatis debilitatem. Aspice gratissime prolis

lacerata membra, & memorare quæ mea substantia. Adspice Dei & hominis penam, & releua conditi hominis miseriam. Vide redemptoris supplicium, & remitte redempti hominis peccatum. Sed & tu miser peccator, vide hostiã qua redemptus es: sanguinem quo ablutus es, penam qua pro peccatis tuis satisfactum est, vincula quibus absolutus es. Vide manus quæ soluerunt mala opera quæ fecerunt manus tuas. Vide pedes qui, quod pedes tui deliquerant, absolverunt. Iurare Christum in hac forma crucifixum: nusquam enim ambulator eius conspectus est. Manus habet apertæ ad largiendum, pedes affixos ad manendum, brachia extensa ad suscipiendum, caput inclinatum ad osculandum.

Iſa. 65.

Rom. 10.

Prover. 1.

Caue igitur ne tibi exprobre- tur illud: Tota die expandi manus meas ad populam non credentem. Item, Extendi manus meas, & non erat qui adspiceret. Vide igitur homo (clamat Christus de cruce) quid pro te patior, ad te clamo qui pro te morior, vide penas quibus conficior, vide clauos quibus perfodior, &c.

Cæteram Indæ non fat erat, Christum & in loco turpissimo, & genere mortis turpissimo occidere, sed insuper ad maiorem illius ignominiam affiguit ei duos latrones, non tanquam inimici latronum, participes enim erant sceleris eorum. Nam Pilato dicente, Quem vultis vobis dimitti? latronem petierunt. Ideo autem latrones cum Domino crucifixerunt, & in passionem eius macularunt, vt vel sic nocens putaretur ex flagitiosorum consortio: videreturque crimen esse commune, quibus erat commune consortium, & vt fama

vindicque spargeretur, tres latrones vno die Hierosolymis esse crucifixos.

Hoc quærebant impii Iudæi: imò vt Christum plus infamarent, sic ordinarunt cruce, vt me dius esset Iesus, hinc atque hinc sepius latronibus, nimirum vt ab omnibus antesignanis latronum putarentur. Et quidem latrones occidere permittit, imò iubet lex Gene. 9. Numer. 35. Veram quid peccauit quis vitæ? Quid boni non fecit, quod facere debebat? O Ierusalem & Iudæa, hæc incinde benefactori tuo? Hanc gratiam rependis ei qui te a tempore Abraham tam mirabiliter dixit, conseruauit, & exaltauit præ omnibus populis terræ? Quis te iusit proprium tuum Messiam, regem, Episcopum, doctorem, patrem, patrem crucifigere? Vt tibi Ierusalem super hoc homicidio, super hæc malitia tua. Veram ita oportebat te vel nescientem implere prophetiam: Et cum iniquis deputatus es, nepe Messias. O portebat Christum sic humiliter, vt nos inter iustos deputari possemus.

Ad hoc quidem intendebant impii illi, vt Christus omnino infamaretur: Veram res in diuertum eecidit. Nescit enim humanis sordibus iniquitari fons omnis puritatis. Illustratur etiam probris fons gloriæ.

Cruæ autem probrosa, per illum facta est triumphale signum, cui mundus inclinat caput, quod angelus adoratur, renuntiant demones, inuenit Christus etiam condemnatus inter latrones, quem ex latrone faceret cuiem paradisi statum abere vt supplicii societates contaminaret ipsum.

Inter

1 Inter latrones autem pati voluit Christus, non inter discipulos, ne putaretur mors eius sola non sufficere ad salutem, nisi adiuncta saluti deorum discipulorum.

2 Congruè item inter latrones crucifigitur, quia pro latronibus moritur. Latio est, qui quæ ad Deum pertinent, rapit. Omnes igitur nos, latrones sumus: in medio autem nostro crucifigitur Christus, Crucifigitur & nos, nemo enim sine cruce. Verum sicut hic latronum alter damnatur, sic non omnes saluantur qui cruce ferunt. Vide igitur vt tua crux cedat tibi in salutem: quod tunc fit, in Christum credis.

1 Duo itaque latrones, quorum vnus saluatur, alter damnatur, significat vel homines & demones, vel gentes & Iudæos, vel quoscunque bonos & malos, qui vtrique cruce ferunt, sed dissimiliter.

In fine discamus & nos hic à terra Ieru. ar. & cum Christo crucifigi in medio latronum. Nam sicut ibi tres crucifixi, duo latrones & medius Iesus, sic in nobis moraliter crucifigenda sunt tria, caro scilicet & mundus, qui per latrones, & spiritus, qui per Iesum significatur. Caro crucifigenda est, sicut latro dexter. Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifigunt cum vitis & concupiscentiis. Mundus, sicut latro sinister. Mibi inquit mundus crucifixus est, & ego mundo. Istis latronibus in nobis crucifixus, spiritus in medio crucifigitur cum Christo, vt dicas cum Apost. Christo confixus sum crucei.

Gal. 2. no autem non iam ego, sed viuit in me Christus. Sicut autem latro sinister crucifixus quidem fuit, non tamen saluatus, nisi mansit in perfidia sua: sic mundus,

licet crucifigatur mihi, remanet tamen in inmunditia sua. Caro autem crucifixa saluatur cum spiritu, quia in resurrectione sua gloriofiscabitur. Vnde & latroni dextro comparatur, cui dictum fuit: Hodie mecum eris &c.

Cæterum crux carnis, est rigor disciplina: cuius quatuor sunt brachia, vigilia scilicet, abstinentia, asperitas vestium, & disciplina verborum. Crux autem quia mundus crucifigitur, est paupertas spiritus, cuius etiam sunt quatuor brachia: contemptus scilicet gloriæ, pecunia, patriæ, & parentelæ. Crux vero spiritus, est feruor deuotionis, cuius brachia sunt, amor, spes, timor, & dolor. Spes sursum, timor deorsum, amor à dextris, dolor à sinistris.

Luc. 21.

Scriptur autem & titulum Pilatus, id est, inscriptionem causæ illius, & posuerunt super cruce ad caput Iesu. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hanc ergo titulum multilegerunt Iudæorum, quia prope ciuitate erat locus, vbi crucifixus est Iesus: Et erat scriptus literis Hebraicis, Græcis & Latinis. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli scribere, rex Iudæorum: sed quod ille dixerit, Rex sum Iudæorum, Responde

Pilatus: Quod scripsi, scripsi.

Ereeta stabat crux, in al-
tum sublata: Pendeat in ea
Christus, multis hoc videntibus
manabant lachrymæ, impietas
& iniustitia vigent, & tamen
Pilatus sine suspitione iniustitiae
esse contendit. Ideo vt munda-
na sapientia astutus, nouum
quid excogitat, ac titulum vel
schedulam facit, in qua quatuor
verbis tota tragedia cum annexa
causa, cur hoc eius iudicium
fuerit, ostendatur. Iam enim
virgebat ipsum facti conscientia,
timebat accusari apud Cæsarem,
quod talem ac tantum virum,
cuius quo Deus esset, non dixit
causa, dedisset auaritiæ &
inuidiæ Iudæorum. Vt igitur iuste
& pro magna causa extra ordinem
iuris ostenderet se hoc fecisse,
hunc titulum quo nullum atrociorem
inuenit, in sui excusationem &
defensionem commentus est, confidens
se apud Cæsarem tutari posse, quasi
Christum non occidisset vt filium
Dei, aut Iudæicum propheta-
tam, sed vt seditionis, & Cæsari
inimicum, regendumque affec-
tantiem. Hinc putabat se posse
elabi, quandoquidem omnis potestas
impatiens conuersis est. Hæc erat
Pilati intentio in scriptura huius
tituli, que quomodo ipsi profuerit,
nouit ipse, & paulo post expertus est.
Cæteri Deus vel spiritus sanctus longe
aliud intendebat, nempe Christo
dare nomen super omne nomen,
& titulum regni, qui celo & terra
trāscurrubus, inquam trāsibit,
quia Iesus Nazareus, id est, salu-
uator & verus sanctus, per crucem
suam efficitur rex Iudæorū,

Philip. 1.

non eorum qui dicunt se Iudæos Apoc.
esse, & non sunt, sed sunt syna-
goga Saranæ, sed eorum qui in
veritate Deum confitentur.

In his igitur quatuor verbis,
Iesus Nazareus rex Iudæorum,
torus efficitur crucis notatur.
Primo enim Iesus dicitur, quia
1 vt satisfactionem & solutionem
precii factus est nobis auctor fa-
latus. Secundo dicitur Nazare-
nus, id est, florigerus, quia pro
florere virtus est nobis in exem-
plum honestæ cōuersationis. Est
& odor deuotionis in sacrificio
suauitatis, quod odoratus est pa-
ter pro nobis. Est præterea spes
æterni fructus, qua fruemur dul-
cedine diuinitatis suæ. Dicitur
tertio rex, propter regimen &
directionem. Regit autem nos in
vita gratiæ, dirigit in vitæ glori-
æ. Christus rex est in vita & in
morte. hoc nulli alii competit.

Quarto additur Iudæorum, 4
vt sciamus ad quos hi fructus
pertinent, nempe ad credentes &
confitentes. In hæc tanta myste-
ria per vite instrumentū, quale
Pilatus erat, Deus nobis aperuit:
quod & ipsum ostendit mirabile
Dei consilium. Sic enim Deus no-
uit etiam impiorum consilia ad
suam gloriam conuercere.

Nos igitur Christianos, qui-
bus crux Christi summa dignitas
est, nō parum confortat & conso-
latur triumphalis hic titulus, qui
Christo non ad pedes, sed ad caput
positus fuit, ad ostendendum
quod regnum eius non hu-
mile aut terrenū, sed altū & cæ-
leste sit. Verissimum enim est &
manebit, quod hic Iesus in Bethleem
natus, & in Nazaret educatus, Iu-
dæorum rex sit, attestantis ipso-
rum prophetis, Psal. 2. & 44. Cant.
1. Oie. 3. Zac. 9. Quia ipsum, AR. 4.
regem

regem abiciunt, nos gentiles cum
eum gaudii suscipimus, quod sit
rex confitentium. Pilatus hoc feri-
psit, & veritatem ipsissimam in
hoc arguit, quæcumque tandem
fuerit eius intentio. Et hoc ipsum
volebat ab omnibus populis legi
& intelligi: ideo & in tribus
potioribus linguis hoc scripsit
quæ & tunc & nunc per totum
mundum principiorum linguæ
erant & sunt vt apud omnes gen-
tes & nationes excusaretur de
nece tanti viri.

Hebræa igitur lingua scripsit,
propter Iudæos in lege glorian-
tes; Græca, propter gentiliū fa-
pientes; sive Philoſophos; Latina
autem, propter Romanos. Velint
nolint ergo Iudæi, omne mundi
regnum, omnis mundana sapien-
tia, omnia diuinæ legis sacramen-
ta testantur, quod hic Iesus filius
rex Iudæorum id est, summus re-
ctor omnium qui Deum cre-
dit & confitentur.

Omnia autem hæc non ex Pi-
lato industria tantum, sed diuina
providentia facta sunt. Per hoc
enim Deus prouidebat toti ge-
neri humano, vt omnes scirent
hunc esse quem Deus vixit in
regem super omnes gentes, quæ-
admodum in Daniele prædi-
ctum fuit. Omnes gentes, & tribus
& linguæ seruiunt ei. Et Paulus:
In nomine Iesu omne genua scete
3 iur. Deinde, vt omnes gentes
hinc discerent perdidam Iudæo-
rum, qui proprium, Messiam cru-
3 ciferunt. Præterea, vt sic no-
tum fieret, quod Christus pro
omnibus hominibus mortuus est
4 siue sint Iudæi, siue Græci, siue
Latini. Itemque quod Euange-
lium & gratia Christi ad omnes
ex æquo pertineret, & quod om-
nes linguæ glorificaturæ essent

Christum, id quod iam imple-
tū est. In his enim tribus linguis
Ecclesie semper Scripturas &
habuit, & legit, & cantauit. Phil.
Omnes enim linguæ confiteri de-
bent, quod Iesus Christus est in
gloria Dei patris.

Iudæorum quidem pontifices
hunc titulum inuidebant Christo,
& etiam nunc mutatum & abo-
litionem cupiunt: sed abire vt Pi-
latus vel iouit illicit mutare au-
deat. Satis illi hæcenus permis-
sum fuit in Christum. Titulum
hunc incorruptum permanere
oportet in æternum. Pudebat Iu-
dæos hunc titulum ab alienigenis
legi & intelligi, verebantur
ne aliquando ipsis improperaret,
quod proprium regem suū
Christum ad crucem adgressum:
ideo mutatum cupiunt titulum.
Sic enim impietas non vult vide-
ri quod male egerit, sed semper
se palliare nititur. Verum Pila-
tus non ipsum infamiz, sed suæ
cætelæ in tituli apostitione rati-
onem habuit. Ideo titulum mu-
tare noluit. Quod si etiam titulum
scripsisset iuxta intentionem
iporum, nihilominus tamen Na-
zareus noster Iesus Christus,
rex esset non tantum Iudæorum,
sed etiam omnium. Non enim ex
inscriptione Pilati, regium no-
men adeptus est, sed ex voluntate
& vñctione patris. Artaem
sicut quæ Christus de regno suo
dixerat, dicta manebant: sic
Pilatus scripserat, scripta per-
manerunt.

Et certe Pilatus inter tot ma-
lita pusillanimitati & inconstan-
tiæ, vel vnum hoc bene egit,
quod titulum non mutauit.

Nullus enim veteri titulus
cruci Christi inscribitur, quæ
hic. Christum igitur est, vt eo
q 4 titu

titulo bene utatur. Non enim factis est ipsum parietibus insigne, nisi cordibus inscribatur. Itaque sit et aliqua afflictio aut infortunium aliquod sollicitat, cogit ea Iesum esse regem & vindicem tuum, & non deicit quo te consoletis. Si peccator es, cogita Iesum esse eum, qui saluum fecit populum suum à peccatis eorum, & animum recipies &c. Sequitur in textu.

Milites ergo cum crucifixissent Iesum acceperunt vestimenta eius, & fecerunt, quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam. Erat autem hæc tunica incōsuetilis à summo contexta per rotum. Dixerunt ergo inter se. Non scindamus eam, sed fortiamur de illa cuius sit: Ut scriptura impleteret, quæ dicit: Partici sunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Sedentes autem servabant eum ibi. Et milites quidem hæc fecerunt.

Interim cum piissimus Dominus in cruce patitur, milites vestimenta eius rapiunt carnicum more: quibus quo potestas datur iudicatum occidendi, datur & potestas vestimenta occisi accipiendi: quamvis facile credi potest vestimenta Christi non

magnopere vitia potuisse esse militibus illis, ut magis pro solita libidine, quam pro vilitate consequenda ea diuiserint.

Adeo igitur Dominus Iesus, tanquam reus & peccator, profectus fuit, ut nec vestimenta eius charis suis, pro magno ea seruaturis thesauro, cederent: sed in corpore suo saturatus approbris, sua quoque vestimenta cedere videlicet in mercedē suis crucifixoribus. Quæ tamen omnia facta sunt primò, ut scripturæ impleterentur. Nam David hoc aperte prædixerat. Non solum enim maiora, sed etiam minima prædicta fuerunt in scriptura de Christo, ut ab omnibus pariter duceremur in veritate ipsam, & nõ erraremus. Et reuera magnum est fidei nostræ testimoniū, quod omnium prophetarum vaticinia tã pulchrè & tam manifeste in Nazareno nostro impleta sunt. Nullum enim alium possunt dare Iudæi, in quem scriptura omnis fidei conueniat.

Deinde diuisio hæc vestimentorum Christi, etiam ad significationem futurarum facta est. Primò enim vestimenta Christi, scripturas sacras significat, quas hæreticorum temeritas in varios sensus distrahit. Impii enim homines sumunt ex scripturis, quod ipsis commodum est, volentes veritatem dei tenere per partes, quemadmodum & Saran citauit scripturas. Plura igitur Domini vestimenta, multa scripturarum, quibus verbum Dei indutum est, significat volumina. Tunica autem inconsuetilis, vnam integram & inuolubilem fidem catholicam congruè designat, quæ militibus hæreticis scindere quidem & abolere non poterunt, tamen de ea fortiantur. Non enim

Pal. 1

1

1 Cor. 9.

nam hæretici Euangelium & fidem negant, sed ita mortuarius glossenatis obscurant & ludunt cum scriptura, ut Christum, ex illa agnoscere non queas. Vel aliter & simplicius. Quatuor partes vestium Christi, significant quæ dripartitam Ecclesiam, quæ ad quatuor orbem orbis partes pertingit, est tamè & permanet vna. Tunica autem inconsuetilis, quæ non diuiditur, significat omnium partium vnitatē, quæ charitatis vinculo continetur. Hæc vnitatis si semel scindatur, semper maior fit scissura &c. hæc Augustinus. In sortem tamen conicitur hæc tunica, quia non omnium est fides. Omnes siquidem currunt, sed vnus accipit brauium: Hanc vnitatem hæretici scindere conantur, se ipsos quidem ab Ecclesia resciscunt, sed vnitatis fidei manet & manet. Vel vestis Christi est eius humanitas, quæ in quatuor partes orbis diuisa & predicata est, & ita publicata, ut tam amplius occultare non possint impii. Vel vestes Christi sunt bona temporalia, & hæc quidem facile dat etiam impiis, imò sinit vt ea rapiant. Pius autem spiritualia bona atque adeo scripturam dat & concedit. Vel vestes Christi, pii homines sunt, qui Christo adhærent iuxta illud propheticum: Sicut adhæret lubare viro, sic agglutinavi mihi omnem domum Israel. In partitione igitur vestimentorum Christi, adumbratum est mundi ingenium, quo pius tractat in hoc seculo. Nam videntur pii in hoc seculo planè libidini impiorum parere: sed interim tunica Christi non scinditur, hoc est pii à mundo quidem irridentur & distrahantur, sed non perduntur. Pul-

chrè autem Euangelista in fine subdit, Et milites quidem hæc fecerunt: quo verbo facta ipsorum terminat. Milites, inquit, hæc fecerunt: & quid amplius facerent, non habuerunt. Corpus crucifixorum prædam tulerunt: sed fortitudinem Dei, verbum Dei occidere non poterunt. Quos autè iustus milites illi, qui Christum crucifigunt, & tamen vestimenta eius pro viribus sibi vniuersis studēt, designant, quàm impios illos pontifices, qui verius milites quam pontifices sunt? Nã omnis sacris libris scrutandis, in interpretandis, exponendis, omnis orationibus & operibus pietatis, omnia denique animarum cura, nihil aliud agunt quam quòd pro tuenda opulentia & superfluisiua possessione rerum beligerantur, fundunt sanguinem, omniaque cædibus & bellis miscant. Tum vero Ecclesias & Beneficia, quæ verbi prædicatoribus debentur, inter se partiuntur, vt iam non vnicuique pars vna, sed duo, tria, decem &c. Beneficia contingant. Deinde fortiantur hoc est, permutant, vendunt, propinquo disponunt, aliaque in finita portenta faciunt in subuersionem legum, iustitiæ, Euangelii, & omnis honestatis. Interim hæc Christus videns tacet, sed nõ semper tacet. Hæc (inquit) scissili, & tæci. Exiismati inique, quod error tui similis, sed multum erras. Arguam enim te, & statum contra faciem tuam. Videat quilibet igitur quomodo cum vestimentis Christi, id est, Bonis Ecclesiæ, agat &c. Sequitur.

Et stabat populus spectans, Qui autem præteribant, conuincia iaciebant

bant in eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus extruis illud, serua temetipsum: Si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & summi facerotes, illudētes inter sese cum scribis & senioribus populi, dicebant: Alios seruauit, seipsum seruare non potest. Si hic est ille Christus rex Israel, ille dei electus, seruet seipsum, descendatque nunc de cruce, vt videamus & credamus ei. Confidit in Deo: liberet eum nunc, si vult. Dixit enim: Filius Dei sum.

Audiuit charitas vestra, quam tunc hactenus poenis & doloribus innocens ac mitissimus agnus affectus sit. Hic auditis, quod super & post omnia prædicitur etiam conuiciis, opprobriis, subannationibus, maledictis &c. in suis doloribus incesitit & infestatur. quæ enim amplius spūs & alapis contingere nequeunt vel conuiciis incesitit. Nihil enim non agit mundus, quod ad penam faciat electis. Non enim sunt de mundo, ideo eos odit mundus. Multa quidem conuicia, irrisiones, scommata &c. in Christum iactata fuerant in domo Caipha: sed nullus adhuc finis est. Hic

primum ipso in cruce pendente, diabolica illa illusio de nouo excitauerit, & ita, vt maior esse vix poterit. Hic igitur primum obseruata, quis hoc fecerit: postea, quomodo & cur. Hoc inquam viderunt summi sacerdotes, secundo scribæ, tertio seniores, quarto milites, quinto latrones, sexto omnes electi populi qui præteribant cruce. Et quis hoc non fecit ex omnibus habitatoribus Hierusalem, solis electis & credentibus exceptis? An non autem magna, horrenda & indicibilis miseria est, quod tot homines & magni & parui status, tam amare, tam inhumaniter, tam venenare, tam odiosè eum irident, qui nec minimum quicquam vnquam fecit aut dixit, quod irrisione dignum esset, quin potius omnia sic dixit & fecit, vt summa laude dignus esset? Verim poestas tenebrarum non aliter facit. iam vide, quibus de causis tam inhumaniter Christum in summis eius doloribus illudunt. Hæc siquidem illuso omnia ea comprehendit, de quibus ipsum prius & coram Caipha & coram Pilato ac Herode accusauerat. Horum autem sunt quatuor: Primum illuditur & maledicitur, propter verbum quod de destructione & reedificatione templi ipsi obiecerat, quod iniqua in veritate nunquam sic dixerat, vt ipsi adducebant, cogebatur tamè hoc ad dire sine omni misericordia & in summa sua angustia vsque ad mortem. Nihilominus tamè de infami Iudæi, fieri debebat & iam factum est, quod tam odiosè improprietat. In tribus diebus reedificatum fuit templum corporis eius, quod non ipse destruxit. Quid ergo vobis venie erit, cum post triiduum reedificatum Dei templum

in cot

in corporis resurrectione cernitur? Secundo illuditur propter filiationem Dei: quasi ideo filius Dei non esset, quia cruci affixus videretur. Quod autem sit, satis superq; probatum est & in se ipso, & in multis millibus hominum, quos vel corpore vel anima sanauit. Tertio illuditur propter regnum omnis & regni Israelis. Nihilominus tamen is ipse erat & est, nec quicquam ipsius regie dignitatis deratam esse per vestras illusiones. Abiit autem, vt ad hoc ostendendum de cruce defendere debeat. Hoc quidem & diabolus libenter vidisset, & Christus facile potuisset: sed nec vobis, nec impio callidòque illi serpenti gratificandum erat per hanc enim descensionem tota salus & redemptio hominis impedita fuisset. Quod si ò Iudæe omnino vis certificari signo aliquo, quod ipse verè sit rex Israel vel priore eius miracula confidit, ra consonantiæque Scripturarum & temporum, vt expecta eum in die resurrectionis eius, illic maius quidam videbis, nepe quod vigor profleat & sepulcro: quod sine dubio maius est, quam si nunc defendisset de cruce. Quarto illuditur, quod se Christum & Messiam verum esse dixisset: quod & ipsum reuera erat, & adhuc est, & erit: Hoc enim multis modis & in vestra regione, & in toto mundo probauit, vt nullus vnquam similis fecerit aut facturus sit. Nos ab hoc Christo dicimus Christum, nec nominis nostri nos pomitet. Quod autè dicitis, eum alios sanasse & seruasse, re ipsa confitemini ipsum esse saluatorem. Itaq; vos vestra condemnant sententia. Omnia autem hæc facie-

bant impii illi, vt omnem famam, doctrinam, auctoritatem, miracula Christi non solum macularent, sed etiam radictus de cordibus & memoria hominū euellerent, & contra inimicè & profandissimè rudi populo hæc Christi infirmitatem imprimerent. q. d. iam videtis omnes populi, quod seductor fuit manifestus, quia seipsum non potest seruare: quanto minus vos: iam ergo nobis credite, non ei. Iam in ligno pendet: quod fieri non potuisset, nisi à Deo maledictus esset: quia maledictus omnis qui pendet in ligno. Ideo non potest confidere in Deo, nec eum liberabit. Sic igitur se putant omnia miracula eius in nihilum redegit se, vt nullus decoretur auderet vel leuiter eorum demeritis. Hoc enim intensissimo corde cupiebant, & vt hoc fieret, tam immaniter fuit eis seruendum. De huiusmodi irrisionibus in multis psalmis dictum est: Multi, inquit, dicunt anime meæ, non est salus in Deo eius. Item, Tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione, sed heruerunt me super me dentibus suis. Dixerunt, Euge euge, viderūt oculi nostri, scilicet factum est vt volebamus, & quod placebat, & quod querebamus. Sic in Iob: Irident, inquit, me nūc iuniores tempore.

Ceterum frustra laboratis ò Iudæi, suppressere cupientes bonam famam & gloriam Christi. Quo enim magis auctoritatem eius minuitis, eò cumulator futura est. Illufistis apud Captham, Pilsatum, Herodem iamque cruce sup ipsa prætereuntes, itantes, sedentes, & ò inuidi vos, quid ad honoris ipsius demigrationem omisitit? Nepe com-

prehens

Psal. 4.

Psal. 34.

Iob. 30.

prehenditis vt latronem: vixistis vt scelere damnatum: cōpulsistis vt venenosum bufonem: posulastis à iudice ad mortem vt accusatione indignum, quincētiā Barabbe latroni postposuistis, crucem suam bauilare fecistis: in latronum medio, in loco ignominioso, tempore facratissimo corā maxima hominum multitudine nudum suspensidistis: Titulum honoris ei inuidistis, & nunc nihil non conuiciorum in eum iactatis. Sed confusa est iniquitas ue-

Iuc. 1. Ira non preualuistis. Salus ipsi ex inimicis orta est, & de manu omnium qui oderunt eum. Quanto plus eum cōtempseristis, tanto magis eum glorificauit pater. Pro poculo quod denegastis, consecutus est hæreditatem omnium gentiū: & quia exaltastis eū à terra, traxit ad se omnia. **Joan.** 12. Pro honore quem extingueret moliebamini, à dextris patris sedet: potestas ei in celo & in terra data est: constitutus est iudex & viuorum & mortuorum.

Obserua hic, quinque genera hominum notata esse, qui Christum illudunt: & etiam nunc illudunt. Primi, sunt prætereuntes, qui scilicet legem & mandata prætergredientes, ambulauit in via & consiliis impiorum. Semper enim aegris odiosa est lux, & febrienti palato nec delicatissima sapiunt. Secundi sunt principes, apud quos nihil vilius est Christo aegre eum audiunt, ternerimè auris sunt, facile vulnerantur, imò vulnerati sunt, & lacerantur: quippe ad nouaculas adulatorum & puluillis gnatotum eruditici, hos diligunt, fouent, amplectuntur, & summa dignitatum fastigia euehunt. Si verò iustus quispiam admonet,

ad penitentiam hortatur, veritatem libere loquitur: fastidit, exilibrat, rōditur. Est quidē natura omniū peccatoribus amandē veritatis inscripta cōditio, plerisque tamen audiendā deprauata est auiditas. Laudant veritatem, veritatis prædicatores perfecē amare se simulant, sed veritatem audire nequeunt. **Ioann.** 4. prædicantem, cum Herode diligunt: sed ad saltantis filiz preces, plectunt: tinnulum pulsum aris probant, sed imbecillioris capitis sunt, quā vt ferre queat. Tales erant Iudæi principes. Sed vā terz, cuius principes illi pueri sunt, qui caluū Helisæum non impunē subsannant.

Tertii qui Christum illudunt, sunt sacerdotes & pharisæi, qui quamuis videntur iustitiam colere, (nam publicè orant, decimant mētham & cyminum &c.) nemo enim licentioris peccat, nemo illorum mores carere audent. An non Christum irident, **Matth.** 10. onerā prædicant que non faciunt, onerāque importabilia aliis imponentes, ipsi nec vno digito attingunt? An non diuinæ maiestatis irrosos sunt, qui ab implexu turpissimarum meretricum, pro duobus asibus, illotis manibus (hoc est, non recensitis per confessionem peccatis) ad sacrificia contendunt? Adstantque aris obicem coram virgine Iesū, calamistrati coram crucifixo, peccantes coram seuerissimo iudice, paulō post, imò statim, reseruari ad sua coram. Nunquid non irrosos, imò traditores Christi hi sunt? **Quar.** 4. ti qui Christum irridet, sunt latrones. Hi sunt avari, bona pauperum vīra, furto, fraudibus, &c. per fas nefalque, compulantes, anxium

tum in congregandis, tum in conseruandis opibus: irrident bonos, vitam illorum insaniam, & finem illorum sine honore estimant: nec quæ sua vult, debite dispensant: nec quæ iniuste parca, reddunt, donec tandem spinis diuitiarum suffocantur. Quinque illudunt, sunt milites, viri scilicet humani sanguinis effusores, Iudo delicatissime debiti, iracundi nepē & voluptuati, qui vestibus Christi gaudent, id est temporariis prosperitatibus, & ipsum in cruce suspendunt, hoc est, æternam salutem amittunt, bonos persequuntur, bonorumque inuidius caleſcunt, Verum dum exultant iustibus, & ducunt in bonis dies suos, in puncto ad inferna descendunt &c. His itaque generibus hominum totus mundus plenus est, qui Christum illudunt. Non igitur est quōd impietatem in solos Iudæos reiciamus.

Cæterum etiam aliud quiddā hic obseruandum est, nepe quōd in hac illusione Christi, quinque genera tentationum indicantur, quæ piis & maximè morituris oppugnant. Prīmō enim, sicut Christus cruci affixus mundus coram omnibus pendet, sic prima tentatio morituri est, ignominiam totius vitæ à nobis actā, ab omni bus creaturis videri. Secundō, sicut Christum non vnus aut alter tantum derisit, sed plures, imò omnes & magni & parui, sic secunda morientium tentatio est, quōd omnes creature vitæ non sicut Iudæam derident. Tertio, sicut contra Christum capita mouent, & eludere nituntur quæ ipse dixerat: sic tertia piorum tentatio est, quando potentissimas sacre scripturæ dicitis tentent, ve-

luti sunt. De omni verbo ocioso reddituri sunt rationem: & Deus peccatores non audit &c. **Quar.** 4. tō, sicut Christo dicitur, Liberet eum Deus: si vult: sic quarta piorum tentatio est, quando etiam de voluntate Dei boni tentantur. **Ioan.** 9. Vbi magnam emphasim habet hæc dictio, Eum: Liberet eum, inquit, si vult. Quis enim dubitat, Deum nosse, posse, ac velle salutare? Deus enim est Deus saluos faciendū Sed eum velit saluare, hoc diabolus in dubium reuocat, maximè si homo inter manus versatur, sicut Christus inter latrones. Magna igitur tentatio est, vbi diabolus hominem, quantumus Euangelio nitentem, tamen in dubitationem adducit, vt quantum credat Christum esse iustitiam nostram, tamen dubitet an sua quoque velit iniustitia esse. Postremō, sicut Christo dicitur, Si filius Dei es, salua te ipsum &c. sic maxima morientium tentatio est prædestinatio. Vt igitur his tentationibus superiores euadamus, oportet ad omnia tacere & obsistere exemplo Christi, qui ad hæc opprobria ne verbum quidem respondet. Sic tres illi pueri, eam rex impius iussisset, **Dan.** 3. Quis est Deus in celo qui vos possit eripere de manibus meis? dixerunt, Non oportet nos de hæc respondere tibi. Potest est enim Deus nos eripere &c. Sic oportet vt homo omnem rem Deo committat, an prædestinatus sit, vel non.

Noli scrutari maiestatem, ne opprimaris à gloria. Hinc Iſaias: In silentio inquit, & spe erit sortitio vestra. Et Ieremias, Bonum est in silentio præstolari salutare Dei, Obsurdices ergo ad omnes tentationes has, maximè ad tentationem

Prouer. 25.
Iſai 30.

Thren. 3.

rationem prædeterminationis. Tribue gloriam Deo, glorifica eum, & glorificabit te: nec quicquam sollicitus sis de prædeterminatione.

Sequitur de septem uerbis Christi
sibi nouissimis.

PARS QUARTA Passionis Dominicæ.



Actenus quid Christus passus sit, indicatum est. Nunc igitur quo sine passione suam conclusent, audiamus. Atque hic vel maxime attenti sumus, sicut enim pii parentes in mortis articulo conluti, filiis suis ea vel maxime in hora illa vilitate inculcant, quæ maxime illis vitia & necessaria sunt, videlicet vt impressus animis ipsorum inhæreant. Nam semper postrema & nouissima, cordi præsentiora creduntur, magisque mentibus insident, sic Christus amicissimus noster, siue patrem, siue fratrem appellare libet, indurissimo crucis grabato morti concessurus, prius disposuit domus suæ, leges familie præscripsit, debita expulxit, coheredes signavit thesaurisque dispensauit. Proinde qui ex hæredes esse timent, iam iam morientis mandata non ignorentur, non spernænt prætereantur, sed fideliter audiant, impigrè subeant, gratiam testatoris non obliuiscantur. Ad idem inquit vt Sapiens ait, disciplinam patris sui Christi. Audiant non ægrotaent desiderata, sed cælestia oracula. Imò non hominis solum, sed Dei ipsius vocem. Audiant veritatem ipsam, quæ nec falli, nec fallere potest. Audiant quæ audiuisse nunquam penitebit. Nam fons ille sapientie, organum cælestis Christi, relictus mundus, & migraturus ad patrem per asperam viam mortis prius electos suos præganissimo omnium quos vnquæ habuit sermone salutauit. Imò efficacissimo eplogo repetiit, quicquid prius docerat: quæ quauis paucissimis verbis cõplexus sit, plura loqui vel immensis doloribus prohibebus, vel hebetudine nostra dehortate, omnium, tamen longè fecundissimus est, & ea grauitate pronuntiatus, vt nihil hic omisum sit, quod quis desiderare possit. Si enim firmitatem & robur queris, vt leo terribilis rugit: si fractionem querimoniam & commiserationem, doleris iudicium desideras, audis planctum quasi draconum, & luctum struthionum: si dulcedinem mauis, vt cygnus morti proximus, siuauer modulatur: si amoris tenerritudinem peris, nulla mater tam blidula. Si consolationem queris, hic peccatis exueris, sperataque omnia in tuto collocatur. Times vt seruis penam? Heus dimittitur. Times vt mercenarius exharederis? Heus latro paradisi ingrediatur. Si denique sententiarum prægnan-

gnan-

nantiam, salubertimorum præceptorum copiam, imò scientiarum fontem sitis, hæc accede: hic ad memoriam reuocatur, quicquid Christus vnquam docuit. Hic docetur quid orandum, quid timendum, quid sperandum, quid agendum, quid fugiendum. Et quod nusquam comperies, hic Doctõr quod docet, pariter simul & infundit. Extirpat vitia, plantat virtutes, errores eliminat, fidei lumen spargit, charitatem inflammat, gratiarum dona tribuit: vt mirum cuiquam videri possit, tantum thesaurum sub tanta verborum paucitate latere. & septem guttulis tanta fluente præmanare. Verum hic impletur quod Dauid dicit: vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Itemque quod Paulus dicit: Sermo Dei viuus est & efficax, & penetrabilior omni gladio incipit, peringens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque & medullarum. Quisquis ergo ex Deo est, & hæc verba Dei audiat, euertit, honorificet. Audiant aures verba eius qui creauit eas, custodiat ho-

mo verba quæ ipsum custodit. Honorificet homo verba, & ynde homini salus est exorta. Ideo enim in altum aera sustolli voluit, vt ab omnibus videretur: 1 Ideo quasi tuba vocem suam exaltauit, vt ab omnibus audiretur.

2 3 tur: Ideo Hierosolymam totius Orientis ciuitatem clarissimam, ad tanta mysteria selegit, vt inde in omnem terram exiret sonus eius, & in fines orbis terræ verba eius. 4 Ideo denique in die festo ludæorum, in loco parentissimo extra urbem, sub conuento tuo cuius, tuo alienigenarum, tuo idionatû, patri voluit, vt neminem tantum

passionis vltimique sermonis sui latere mysterium.

Profecto gratia Dei in nobis non est, imò iniquè agimus, atque adeo Væ nobis, si aut cum Petro fugam capessimus, aut cum Iudæis illudimus, aut cum militibus crucifigimus: & non cum Maria Deipara virgine & Ioanne Euangelista, ad hanc concionem propro festinemus cursu, & stantes sub cancello crucis, aures arrigamus: com panctoque in pectore aurea illa verba conferamus. Christiani sumus, quò relictus ibimus, quam ad præceptorem verba vti habentem? Cui iustus ad stabimus, quam Dominum & amico Christo in cruce pendenti? Si etiam apud gentes ea mandata, quæ à parentibus & amicis in fatali supremæ agritudinis lecto traduntur, tanquam religio, sacrosancta, & propè diuina obseruantur: quanto diligentius nos hæc vltima Christi verba obseruare debemus, & quæ vni profundissime peccatoribus nostris infingere? Scire quidem Iesum Christum, & hunc crucifixum, summa nostra philosophia est. Ibi enim iustitie perfectio, ibi scientiarum vberitas, ibi sapientia veritas est, ibi nostræ diuitiæ, merita, salus, vita & resurrectio consistunt. Veram factis iam prolocutum est. Nunc ipsa verba singulatim audiamus.

De primo verbo.

VM itaque Dominus Iesus vera iam hostia factus esset, iamque ad opus redemptionis & salutis nostræ implendum peruenit esset, quamuis indicibilibus angustis premeretur, memor tamen quare talia pareretur, quia scilicet propter nos & dicitur omnium

Ioan. 6.

1. Cor. 2.

Pro. 2.

omnium dolorum & poenarum oblitus, paternæ iræ precibus occurrit; officium suum orditur incipit esse sacerdos; mediator Dei & hominum, interpellator, propugnatorque efficitur pro nobis, & se iam totum opponit murum iniuicibilibus paternæ iræ. Non enim poterat ingenitæ bonitatis obliuisci. Vbi igitur alii maledixissent, aut blasphemassent, aut conuiciati fuissent; ipse orat, nec pro se, sed pro aliis; nec solum pro aliis, sed pro infensissimis inimicis & crucifigtoribus suis, qui tamen digni fuissent, vt vel igne cælius deoraueretur, vel à terra absorberetur. Audi quomodo pro nobis stet & ore, quem medius ingerat inter Deum punientem, & nos peccatores: Pater, inquit, Remitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Breuis quidem oratio, sed quæ multa comprehendat. Est sensus enim eius sensus, quasi Christus diceret: Filius ego tuus & Pater, ex vtero substantiæ tuæ ante Luciferum genitus, honoris tui religiosus obseruator, mandati strenuus executor: licet vti sceleratissimorum omnium princeps, no minique tui amplissimi & blasphemator & hostis hic pendeam, inter tot tamen calamitates, cruciatibus, tormentis, mortem, nec iniuriæ ciuium memor, nec mei officii immemor esse possum. Inter iustissimam iram tuam & grauissimam hominis scelera, se interponere meum esse: Mihi incumbit, hominū manuum nostrarum opus, vas contradicendum, quem erraticam, captiuam, solidare, reducere, redimere. Mihi demandatum est, pacificare ea quæ sunt vel in cælis, vel in terris. Tuu equidem imperio & nutu à te exiui, venique in mundum, constitutus & media

Sensus
Phil. 109.
Pater.

tor, & pacifer, & sacerdos, & exorator. Nec immerito. Nam duarum naturarum particeps, tecum vnus æqualis quæ Deus, cum quæ hominibus pariter verus homo, dignissimus sum mediator, qui in ter vtunque manus ponere possum. Diuinitate attingens te, qui es principium omnium, & mortalitate attingens figmentum nostrum hominem. Vnde nec gratiam desideranti homini alienus, nec te gratiarum darore minor, aut impar sum. Dignissimus præ tamen sacerdos & pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, excelso cælis factus, qui non rapui & tamen exolui, cui nullo pro reconciliandis fratribus regressu opus est ne mo aduersum me aliquid habet, nec tu pater, nec qui me crucifigunt fratres: nulla alieno ære grauat, liber à debitis sum: nec precium, nec sacrificium mihi necessarium. In Sancta igitur ingredis, auream gerens æceram charitatis, plurimaque orationum incensa ferens, pro aliis me ipsius sanguinis precium dinumero, pro populo me ipsam immaculatam sacrificium & sacerdotem offero. Certus quidem sum, hoc me hoc locustomare ante conspectum tuum nihil sanctius, nihil probatius, nihil felicius ascendisse vquam. Proinde conficius ego & pater misericordiarum tuarum, quæ sunt super omnia opera tua, inter illa ipsa sacrificia cum lachrymis clamoreque valido occurro tibi, in fide nihil hæsitans postulo, ignosce populo tuo, parce populo tuo, dele hoc sanguinem meo iniquitatem populi. Fateor, transgressus est Adam, posteritasque eius omnis abominabilis, & ab adolescentia in malum procliuor facta est.

Remittit
Gen. 1.
Phil. 10.
Gen. 1.

est. multiplicata sunt mala super terram, refrigeretque olim iniquitas, & superabundabit iniquitas. Iam quoque populus nofter, ex omnibus gentibus delectus, peccatum grande & maximum peccat, quum me tuum vnicum tantis examinatis tormentis, & antus sum, probaturus floccipendit: cui vni flagitio si cætera regula conferatur, minuta profecto censenda sunt. Quia enim tua maiestas quæ despicitur? quæ mea dignitas, quæ scilludatur? Vtrumque ille populus spernit, peccatisque patrum horrenda superaddit peccata. Fateor iuste hæcenus scieuit tua iustitiam vni Adams culpa cælum clausum, fauces inferni aperta, mors in orbem intrauit: Iustitiam in vltimum peccatorum caelo, vltimoque aruafti. Iustitiam vnus alios ignis & cælo exurit: Iustitiam alios æris intemperies & pestilitas examinat: Iustitiam alios incrementum fructuosum, vnda extinguit: Iustitiam alios terra, pascifacit hiatu, exterminat. Iustus tuus, & rectum iudicium tuum. Iustitiam nec vnquam parcens, nisi iustitiam & ad vltimum quadrantem pro populo satisfieret. Hæcenus mortales omnes si sanguinem suum omnem prodigialiter expendere, noxam vnani non expasserit. Tanta sceleris nefandi grauitas & atrocitas est, vt nemo satis facere possit, nisi deus nemo deberet, nisi qui peccauerat homo. Ego is sum, ego Deus, ego & homo: In me vno tota salus hominis pendet. Eare exul in terra aliena factus sum, laboraui frigore, aestu, fame, siti, nuditate, vigiliis, lassitudine, tentatus, angustatus, afflicus. Quos dolores, quæ tor-

menta non accipi in tenello hoc corpore? quos merores, quas angustias, quas turbulencias non expertus sum in anima? Quis vnquam dolor huic meo similis, quum à planta mea ad verticem vique, nulla sit sanitas? Quid igitur restat & pater, cum tam abunde facis facio, nisi vt iram ponas, dimittas illis, misereris, fluente gratiarum effundas? Te vt patrem, non vt iudicem inuoco: vt dimittas oro, non vt vindicet, non enim sanguis meus vindictam clamat vt sanguis Abel, nisi forte Gen. 4.
qui me crucifixerunt, non solum illis, Romani illi milites & Iudæi, cæterique adstantes, sed omnes planè homines. Crucifigit me Adam, qui in paradiso peccauit, Crucifigit Dauides qui in Hierusalem. Crucifigit me omnis homo, quia omnis peccator. Pro omnibus oro, pro omnibus, pator, pro omnibus sacrificium immolore. Ignosce omnibus, vt ex te morte constet, quod non mortem peccatorum volumus, sed vt conuertantur & viuant.

Ecc. 11.

Singulari autem quodam charitatis ordine, pro fratribus illis me simpliciusculis, quorum me gentile esse voluisti, obsecro: Dimitte illis noxam hanc grauissimam. Facinus excusare nequeo. Fateor peccauerunt peccatum maximum, sed animum fuisse non iniquissimum allego. Nesciunt quid faciunt. Num Nesciant ergo gentem ignorantem perdesse? Cæci ipsi & ingrati, modò non vident

vident quid faciunt: sed mox videbunt in quem transferunt. Nesciunt quis sim, nesciunt quia filius tuus. Nostro permisso, nostro consilio tanta diuinitatis humanitatisque mee mysteria diaboli ab eis abscondit. Ignosce igitur illis, quia nesciunt quid faciunt. Si enim scirent, nunquam Dominum gloria crucifigerent. **x. Cor. 2.** Nec minus & aliis ignosce, qui & ipsi nesciunt quid faciunt, erantuerunt enim omnes qui operantur iniquitatem: quia enim in Adamo superbe nostram appetierunt scientiam, iuste in pecuniam inciderunt inscientiam. Respice ergo in sacrificium puri fidei, quod summus ego sacerdos offero sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Respice simplicitatem ignorantiamque plasmatis nostri, tam miserabiliter & fraudulenter à serpente decepti & seducti: proque immensa misericordia tua in gratiam & beneuolentiam elementer conciliatum restitue. Ego mortem morte mea vincam, infernum vastabo, spoliis opimis gloriosissimo triumpho ad te redeam, & sanguine meo celos referabo. Dimitte ergo illis d. pater, quia nesciunt quid faciunt. Hoc fuit primum Christi verbum, hæc ipseus pro nobis oratio, de qua **Heb. 5.** Paulus dicit, quod cum lachrymatis & clamore valido orauerit, & exauditus sit: pro qua reuerentia. Hic vides quam verè dicitum sit, Et pro transgressoribus orauit, vt non perirent. Ad hanc orationem pertinet, quod Paulus dicit: Eram blasphemus & persecutor, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Hac oratione impetratum est, vt postea: millia ex his qui nunc Chri-

stum persecuntur, conuerfi sint. Sed dicit: si Christus exauditus fuit, cur non omnes persecutores **4** eius saluati sunt? Audi. Impetravit crucem Christus, sed pro his qui per fidem, orationis eius participes se faciunt: non pro his, qui in infidelitate perdurant. Distribuit autem Dominus fidei prout vult. Mirebor, inquit, cui voluerit. Nec est quod hæc parte Dominum acculemus, qui hunc per fide faciat orationis Christi participem, alium autem per infidelitatem obdure. Nam quod aliquibus pro sua voluntate fidem distribuit, gratia est, non debetur: quod vero aliis obdure, iudicium Dei rectum, & genuinum obduratorum meritum est. Proinde si quem Dominus liberauerit, gratias agat. Est igitur hic nit zancien, sander dancken.

Ex hoc igitur primo verbo discamus agnoscere peccata nostra. Nos enim sumus primi & veri authores necis Christi, & nos omnes intelligit cum dicit: Dimitte illis &c. Milites enim illi, erant nostri, iniqui peccatorum nostrorum ministri, qui hoc ei irrogauerunt, quod peccata nostra meruerunt. Quis autem sciuit, aut etiam nunc cogitat, quod peccata sua crucifigeret filium Dei: id quod tamen Paulus aperte affirmat, de quibusdam loquens, qui Christum denuo crucifigerunt & ostentum habent: Sed & hoc nescimus, quam magnus sit qui offenditur, quam graue sit peccatum, & quo ad ostensionem, & quo ad damnationem. Hæc quia abscondita sunt ab oculis nostris, vere nescimus quid facimus dum peccamus.

Docet igitur primum hoc verbum, quod nos simus crucifixio-

Eto. 3.

i. Comendendibus nō est, sed gratia gendz.

Heb. 6.

2. res Christi, & ignorantes Dei. Secundo, ex hoc verbo confortemur fidei nostram. Si enim Christus tam ardentem orauit: pro crucifixionibus, quanto magis nunc interpellat pro se inuocantibus & in eum credentibus: Si tam promp-

te remisit peccatū in propria sua am personam commissum, multo facilius nobis remittet. Securè igitur nunc accedimus, tantum patronum & aduocatum habentes.

Pal. 99. Nunc effugere licet iram Dei, nunc habitare in protectione Dei cæli. Deus enim noster refugium

Pal. 45. nunc habitare in protectione Dei cæli. Deus enim noster refugium

1. Ioan. 21. cessum ad patrem. Et illud Ioannis: Sed si peccamus, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est pro-

3. piciatio pro peccatis nostris. Tertio discamus ex hoc verbo veram charitatem, tum vt proximorum commodis inferuimus, vt Christi nobis passione sua feruimus: tum vt dimittamus & nos debitibus nostris. Audiant hoc verbum Christi, qui semel exasperat, tam obdure corde ferociter, vt perpetuo luore tabescere malint, quam cum offensoribus in gratiam redire, cum ipsi interim innumeris peccatis Deum offendere non cessant, & tamen veniam sperare audent. De hoc lege Ecclesiasticum &c. Demum ex hoc verbo etiam videmus, quantum malorum secum vehat ignorantia, quamque fugienda sit. Est enim mater errorum, scidolorum magistra, scelorum alumna, quæ verum recundiam, timorem, & omnia virtutis concitabula eliminat, suosque in luitulentas vitorum foueas præcipitat: precipitatos, ne auxilium rogent, clinguat &

detinet. detentos æternis tenebris, & morti presentat; quæ Iudeos in maximum hoc scelus induxit, vt Christum crucifigerent filium Dei.

De secundo verbo.

Vix Christus primum hoc verbum expleuerat, & ecce iam fructū afferbat, & quasi inter ferentis manus, vniuersum illud ferunt ante maturum: quam germinare visum est in terra, alio qui sterili & saxosa. Latronum enim alter à dextris pendens, vni de corde primum Christi verbum suscipiens, sterilitatem suam feracitate mutat, statim enim ex latrone martyr, & ex nominis primo euasit: relictis que omnibus, dominum pendens etiam sequens est: & possessionem suam, quantancunque erat, ad pedes crucifixi, crucifixus & ipse, retulit: cor de credidit ad iustitiam, & oris confessione inuenti salutem.

Vnde præ omnibus aliis dignus habitus fuit, ad quem Christus secundum verbum in cruce diceret. De hoc scribunt Evangelista.

Vnus autem de his qui pendebant, latronibus, conuicia dicebat in Iesum dicens: Si tu es Christus, te ipsum serua & nos. Respondens autem alter, increpabat eum dicens: Ne tu quidem times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidè iuste. Nam digna

factis recipimus, hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei cum venis in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

Hic primò obseruandum, quòd erux Christi non solum fuit tormentum iudicantis, sed etiam quasi tribunal iudicantis. Alterum namque latronum misericorditer assumpsit, alterum iuste reliquit: quemadmodum & nunc crux Christi alius quidem offendiculum est, alius autem saluti. Sicut igitur in principio passionis exemplum habuimus & misericordiae & iudicii in Magdalenâ & Iudâ, sic nunc in sine aliud exemplum habemus in duobus his latronibus: quo prozestensum fuit, passionem Christi non omnibus profuturâ: non quòd ipsa in se insufficientis sit, sed quia plerique gratiam oblatam respiciunt, obstatinatio autem peccant.

Prior itaque latro Christum blasphemans, foret ex desperatione & impatientia, vt solent huiusmodi homines, figuram gerit omnium impiorum qui tamen videant Christum iuxta se pendere, tamen sub crece murmurant & blasphemant: nec eos mouet exemplum Christi, patienter omnia sustinentis. Verum frustra infantur, non enim ideo liberantur, etiam si diu & multum blasphement: sed in desperatione, sine omni consolatione, moriuntur, quemadmodum hic latro. Alter autem latro piorum figuram ha-

bet, qui & patienter sufferunt, quaequaque ipsis accidit, suisque peccatis imputant, & alios murmurantes & blasphemantes, ad sanam mentem reducere satagunt. Hic igitur latro audiens & videns, quae circa Christum agerentur, diuinitus inspiratus, non dubitabat Christum alia ratione sic pati, quam ipse pateretur: quandoquidem experiebatur miracula in caelo & in terra fieri, & facile conuictus, ea propter Iudaeorum probitatem non ferri ideo cepit solum focium arguere, vt qui nullam conscientiam sibi faceret, quòd sic Christum blasphemaret. Deinde ad Christum conuersus, gratiam & misericordiam rogabat, quia ipsius peritio etiam frustranea non fuit, imò plus impetrauit, quam orauerat. Semper enim dominus vni tribuit quàm rogatur. Sic autem orauit: Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum. quasi dicat quòd tantè aestimo, tantèquae fiducia ad te curro, me mouet & creaturarum compassio, & inaudita tua patientia in tantis malis. Maximè oblatam, quòd etiam nunc pro eis oras, maximè quae eorum peccata excusas. Non humana sunt haec, sed supernaturalia & diuina. Igitur memento mei. Non audio maiora petere. Peccator sum, indignus omni gratia, etiam memento mei, ne obliuiscaris mei, meque vel cum ceteris participem fac micarum, quae cadit de mensa gratiae tuae. Nec in hac vita quicquam temporale peto. Sed cum veneris in regnum tuum, illic memento mei &c.

Vide hic mirabilia iudicia Dei. Conuersit latro Christum, cum discipuli omnes diffidebant. Disce igitur hic, ne quenquam

tumcunque malum, temere condemnes. Potest enim Deus tum in momento temporis conuerrere. Considera etiam hic pulcherram huius latronis mentem & fidem. Nihil habebat, nisi cor & lingua libera: & tamen haec duo Christo obtulit, vt & corde crederet, & ore confiteretur. Peti autem non regnum, quo se indignum putabat, sed ne in obliuionem veniat, quicquid ei patiendum sit. Imò si rectè attendas, videbis in hoc latrone omnia quae in Christiano requirantur. Peccatum agnouit, iustitiam Christi confessus est, nec desperauit, quauis latro salutem, quid igitur mirum, quòd & iustificacionem & salutem consecutus est? Praeterea videtur in ipso fructus fidei, cõfessionis scilicet & charitatem, quam praestitit fratri dum arguitur, dum & ipsum vult agnoscere peccatum suum, & in Christo salutem quaerere. Ideo verè consolatorum & dulcissimum illud verbu audire meruit, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. quod verbum hunc sensum habet, q. d. Quanquam comes vice, magna fide petas non quae maxima sunt, ego tamen non neficium quae me praestare vel te recipere deceat, summam illam, admirandamque virtutem tuam non nisi arduis maximisque tuis fide remunerabo. Quid enim tua fide admirabilis? quid sanctus? A cunctis obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde: qui iuxta me erant, à longe stant: noti non agnoscent me: amici, inimici facti sunt: discipuli fugiunt: Petrus apostolorum princeps, ad vnus mulieris vocem conuertit, negauit, peccauit: Iudas, cui me mecum commedaram, pau-

corum numerorum fulgore pellectus, quasi oues sine pastore, dispersi, spēs, fidēs, iuxta desituri sunt. Tu verò latro ex memoru latibulis aduenis, et affectu occurris, amicis fidelior, discipulis constantior, credis, speras, adoras, ingratus confundis, blasphemos corripis, condemnato innocentem testimonium adfers, & qua sola pores, pro me lingua pugnas. Vides me vt scelustum malefactorum, & agnosces vt sanctissimum redemptorem: Vides consortem in penis, & inuocas vt dominantem in caelis: Vides quasi abiectissimi nouissimique viri misericordiam, & confisaris immensam in alio modo regnantis beatitudinem. Verè nec caro, nec sanguis haec tibi reuelauit, sed pater meus qui est in caelis. Verè magna est fides tua, nec maior inueni in Israel. Credidit Abraham, sed loquenti de caelo. Credi-

Matt. 16.

Matt. 9.

Gen. 15.

Ipsa 6.

ham, sed loquenti de medio ignis. Credidit Ihsas, sed super thronum excelsum sedenti. Credis & tu, sed in cruce pendenti ignominiosum, ægrèque trahenti suspiria, non secus ac si miraculis claresceret. Talem fidem nondum inueni. Crediderunt Nicodemus & Nathanael, scripturis commoiti: Credidit Chanaan, signorum claritudine attracta: Crediderunt discipuli, sed duodecim sedium pollicitatione iustificati. Nulla tibi horum demonstrata sunt. Non legisti scripturas, non vidisti signa, non audisti in infirmitate gloriâ, ex condemnatione innocentem arguis. Tantæ fidei remuneracionem nolo diu expectes. Licet enim iam ad portas mortis ponè appropin-

Mat. 17.

& 19.

Ipsa 6.

Ipsa 6.

quaeris arboris: vitæ tuæ iā feceris inculsa sit, adhuc tamē tēpe stūius opportunūq; aduenis ad huc veniē locus patet; adhuc misericordiz iamā clausa non est, imō gratiarū fons sicut vberior iam manat. Age fiat tibi secundum fidem tuam. Hamorrhoidisam fides saluauit à pñiūio san guinis: te ab omni peccatorum contagio purgabit. Chananzæ filiam à demoniis toram, fides liberauit: te à serpente calcaneo tuo insidiantī, à laqueo vnamtium, ab expectatione inimicorum tuorum, quibus seruisti, vindicabit. Per fidem, leprosi mundationem, cæci visum, paralitici incolumitatem receperunt: tu hac fide tua animæ salutem & gloriam consequeris æternam. Fide hac tua, cum Enoch non videbis mortem amarā: cum Noe à deluuiō liberaberis: cum Abraham locū quem nescis, in hereditatem recipies: cum Moise à vastante angelo non percuteris, securūq; per mare transibis. Tu velut alter Caleph, me Iesu duce, terram lac & mel fluentem ingrediēris. Vitulus honorificentiæ quæ tiberit, à latere pendissit meo, quim coram Cæsare in tapeti aures eburnæque sella sedisse. Celebraberis longe amplius quāam Augustus ipse. Dulciss tibi erit, tormentorum meorum fuisse confortem, quāam totius orbis monarcham & regem. Quid enim tibi prodesset, si mundus vniuersus aliquid tibi subderet, & anima tua tenebris & cruciatibus torqueretur æternis? Quid paucula iuuarent diuitie, si perperui comitaretur dolores? Amen dico tibi, nescio vanis laetare promissis: securus est: non

minus pōderis verba mee, quā iuramenta habent. Sed ob fidei meritum olim Abraham patri bñūq; iurauit, tibi quoque iurabo, verum multo felicior: Nepe his iurauit, quod post multā secula præstiti: tibi iuro patier & præsto. Hodie mecum. Hodie incipis in paradiso. Hæc tua sunt præmia. Hodie inquam, ne morā expectāti tardium parat. Hodie salus domui tuæ facta est. Hodie incipit te exaltare coram omniū Israel, vt sciant quia tecum sim. Hodie terra vniuentium, quam calcauerit pes tuus, erit possessio tua in æternū, quia secutus es dominum Deum tuum. Parua à foris videtur petitio tua, quid enim facilius quā meminisse? Parua putas te petiisse, sed verē maxima sunt, soliquē fidelium seruorum preces, vt memor scilicet tui sim in regno. Quorum enim memor sum, hi derelicti non sunt: quorum autem immemor sum, hi à manu mea repelluntur, & tanquā sumus deficient. Quorum memor sum, hi & miseror. Quorum autē memor in regno sum, hi non nisi beati sunt. Sub breui itaq; orationis cōpendio, ignoris impenita penit muneris: ego autē plura semper, quā petantur, largior tui. Memoria igitur memor ero tui, & benedicam tibin memoria æterna eris: & ab auditu malo non timebis. Et ne vniquā memoria excidas, mecum eris, & super te oculi mei erunt sumper. In humeris meis portaberis. Scapulis meis omburabo tibi & sub pennis meis sperabis. Mecum eris, cum quo vt sancti esse possint, cupiunt dissolui. Mecum eris, non timebis mala, quia ego

Hodi.

Luc. 13

psal. 91

Memor

psal. 91

manns domini, & quasi bellator fortis tecum. Mecum eris in timore liberi, gaudis redundans in pace & securitate. Mecum eris qui vbi que sum, & omnia in omnibus sum. Tūc videbis quid & quā honorificum sit mecum esse, & affluēs, & dilatabitur cor tuum. Mecum enim eris in paradiso. Nec te ille flammeus gladius, aut custodia Cherubin arebit. Adam qui à facie mee se absconderat, iustē expulsus est. Tu verō ad me conuersus es, vt tu memor essem, misericorditer intro ducēdus es. Eris in paradiso, nō in illo terrestri, sed in hortu vltu peatis cælesti, vbi inaccessibili irradiaberis luce, quā angelorum oculos illustrat, sanctorum iuuentem exhilarat: vbi fontem vitæ potabis & inebriaberis: vbi in cælesti Hierusalem, in pulchritudine pacis iucunda celebrabis sabbata. Tu prima capesses regnum illud, ante mundi initium bonis præordinatum. Nemo te prior illi ingredieret. Nulli vnquam tanta concessa sunt bona. Sic qui me glorificant glorificabuntur. Et ique in signum, vt sciant omnes à maximo vsque ad minimum, quā salubris, honorifica, fructuosa que sit suo. Tertio discamus, nemine à te diam præsumē, vt beatū vt demeritū pronunciare. Nescitur enim quis odio vel amore Dei dignus sit: quomodoquidē videmus dñari Apostoli, latrone autē saluari. Nemo tamen latronem in exemplū trahat penitentiam in vltimam vsq; horā differēdi. Rara enim est gratia, quæ hic data est. Lano qui vocatus est hora, penituit: salutem inuenit. Te etiā hodie dominus vocat, noli tardare, sequere Dominum, ne forte la

tantur ad me, vt & ego cōuertar ad ipsos. Ex te inquam cognoscet q̄ nolo mortē peccatoris, sed vt cōuertatur & viuat: Ex te cognoscet, q̄ nulla tempus penitentiæ, dum hic viuatur, serui est. Ex te discēt, q̄ parus & magnis paucis ac plurimis noxis ex quo ignoscant, & quōd miserationes mee sint super omnia opera mea. Denique per te cognoscet, quantum gaudium in cælis sit super vnū peccatore penitentiam agente, cū tu ante nona gintanoue in iustis in regni celorum ingressi primus antecessor. Maxima hæc munera eximia tuæ fidei rependo. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quanta pietas? quanta misericordia Domini in hoc verbo? Quomodo non lætus moreretur, hæc audita promissione?

Ex hoc igitur verbo discant peccatores, vt exemplo latronis nemo sem abiiciat, nemo abyssum misericordiz exhaustum iri putet. Secundo discant Christiani hic orare, non vt celsus multiplicet, vt defossas olim regū gazas inueniat, non vt domū suam, agrū quoque coniungere possint: sed vt Christus eorum memor sit in regno non terreno, sed suo. Tertio discamus, nemine à te diam præsumē, vt beatū vt demeritū pronunciare. Nescitur enim quis odio vel amore Dei dignus sit: quomodoquidē videmus dñari Apostoli, latrone autē saluari. Nemo tamen latronem in exemplū trahat penitentiam in vltimam vsq; horā differēdi. Rara enim est gratia, quæ hic data est. Lano qui vocatus est hora, penituit: salutem inuenit. Te etiā hodie dominus vocat, noli tardare, sequere Dominum, ne forte la

Ezech. 4

4

4

5

5

6

Luc. 13

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

Matt. 16.

Amen dico.

chrymabundus penitentiae lo-
 quebat. Cum quæras cum Esau, & non in-
 uenias. Vide igitur, vt hoc exem-
 plo misericordiam non abutaris,
 sed potius accendaris ad citius ac-
 cedendum cum gratiarum actio-
 ne ad thronum gratiæ.

De tertio verbo.

Stabat autem iuxta
 crucem Iesu mater eius,
 & soror matris eius Ma-
 ria uxor Cleophae, & Ma-
 ria Magdalene, cum vi-
 didisset ergo Iesus matrē
 stantem, & discipulum
 quē diligebat, dicit ma-
 tri suæ: Mulier, ecce fi-
 lius tuus. Deinde dicit
 discipulo: Ecce mater
 tua. Et ex illa hora ac-
 cepit eam discipulus in
 suam.

Mulieres vsq; ad crucem Chri-
 stum sequuntur, & cum eo ma-
 nent vsque ad mortem. Interim
 Apostoli fugiunt, & se abscon-
 dunt. Sic enim infirma mundi
 eligit Deus, vt confundat fortia.
 Inter mulieres autem Christum
 sequentes, primo omnium nomi-
 natur virgo mater, ad quam &
 Christus tertium verbum dixit.
 Prius autem orauerat pro cruci-
 fixoribus, prius etiam consolatus
 fuerat latronem: non quod ma-
 trem adstantem nō videret, ut
 ipsius angustiam & immensam
 tristitiam ignoreret, sed ne videretur
 attendere personas & affe-
 ctus. Siquidem propter peccato-
 res in mundum venerat, illicque

Mat. 9. res in mundum venerat, illicque

magis indignabatur idē prius illis
 loquitur. Nunc autem tertio etiā
 se ad matrem conuertit, ne vide-
 retur illum negligere.

Ceterum Ioannes tertium hoc
 verbum cum suis circumstantiis,
 admodum verberat describit ta-
 bilisq; dulcis vtriusque, verē
 absconditam habent virtutem,
 tamque potentia sunt ad resoluē-
 dum fideliū lachrymas in ce-
 lestem dulcedinem, vt si etiam
 durissimus aliquis, suspende d pas-
 sionis Iesu lectorem audiat, sic
 corde & vultu petranferit,
 tamen cum ad hæc verba peruen-
 tum fuerit, in quibus recita-
 tur illius benedictæ virginis iux-
 ta filii sui crucem statio, morien-
 tisque filii ad matrem respicitus
 & allocutio, filialisque illa recom-
 mendatio, ac sanctissimæ illius
 matris ad tanto filio separatio, &
 lachrymis se continere non pos-
 sit. Nam singula verba hic posita,
 deuotionem augent. Alioquin
 quid opus fuisset tam diligenter
 describere, & quomodo, & vbi
 feterit virgo mater. Primo enim
 soler tribulatus refrigerio esse
 amicorum præsentia, dum ab eis
 consolatio speratur aliqua, sicut
 dicit Salomon: Melius est duos
 esse simul quam vnum; habent
 enim emolumentum societatis
 suæ: si enim vnus ceciderit, ab alio
 fulcietur. Verum hæc præsen-
 tia nullum tale attulit emolu-
 mentum. Nam tristissima vbi &
 matris stanti, & filio pendenti.
 Deinde quam mirum & nouum
 est, quod Iesu dicitur, Stabat iuxta
 crucē Iesu matrem? Quid enim tibi
 & cruci & virgo lincta? Quæ
 participatio despectionis loco &
 Dei templo? Quæ cōuentio are-
 æ maledictionis, & armariū be-
 nedictionis: Quis consensus sup-
 plicii

plicii maledictorum, & speculi
 puritatis virginum? Verum non
 simpliciter stabat iuxta crucem,
 sed iuxta crucem Iesu, qui scilicet
 vnus & idem ipsi erat pater & fi-
 lius, sponsus & Dominus, natus
 eius & Deus eius: & quia omnia
 in ipso habebat, ipsum relinque-
 re nō debebat. Sequēbatur igitur
 vel sola, paucis admodum comi-
 tata, dilectum filium, quantum-
 vis fugerent discipuli & infan-
 rent hostes. Sequitur inquam,
 & videt quæ aguntur, cum tamen
 ei nec auxilium, nec consolatio-
 nem præbere possent, nisi lachry-
 mis & compassione tenerissima
 adiuari potuisset. Quondam
 illum amiserat non nisi per tri-
 duum: & cum marore circueun-
 tes vicos Hierusalem, inter cognatos
 & notos, donec inueniret, quæsi-
 uit. Nunc autem inter notos cū
 quæreret amplius non potuit. Sta-
 bat enim omnes noti eius à lon-
 gè. Materno igitur concepto con-
 silio, dicebat in corde suo: Stabo
 & expectabo mortis sententiam
 in dilecti filium meum. Sequar
 ad tergo egredientem de Hierusa-
 lem, ad ipsam lachrymosis oculis
 quod ducatur, videbo quomo-
 do expolietur, considerabo graui
 corde, quomodo perforant manus
 eius & pedes, quomodo affi-
 gant eum pambulo, erigant in li-
 gno. Et cum omnibus peractis ip-
 si recesserint, & procul steterint,
 non appropinquantes ei vt ma-
 ledictio in ligno pendenti, & ac-
 cedam ego propius, & subo iuxta
 crucem Iesu mei. Amplectar li-
 gnum illud brachii, rigabo lachry-
 mis, & deosculabor labiis: &
 quia mori non licet cum eo su-
 spendam oculos in crucifixo filio
 meo. Ad ipsam quomodo de
 hoc mundo exeat, quæ sola vt-

cunq; noui, quomodo in hunc
 mundum venerit. Non deseram
 morientem, quem viuentem nun-
 quam deserui. Verè congruè dē
 pia mater ei adstitit, cæteris enī
 relinquētibz. Sic enim & ipse
 olim, dimissis omnibus creaturis
 ad te venire dignatus est. Hic
 est enim inodomus vniconis ille
 omnibus incomprehensibilis, qui
 dudum flagitatus & quasi agita-
 tus sanctorum patrum desideris,
 seipsum continere non valens,
 tandem in gremio tuo virginis
 captus est. Et ecce vicem red-
 didisti vt cunque tali dignationi.
 Ille se ibidem, relinquit omnia:
 nunc autem omnibus eum re-
 linquentibus, tu bona genitrix
 permanes: stanti in cruce stan-
 do miserandam exhibes societatem
 patiens ibi inuisibiliter in corde,
 quicquid ille visibiliter
 patiebatur in corpore. Hanc
 eius ineffabilem tristitiam que
 passionem Euangelista subtiliter
 designans, non nomine proprio
 exprimit, sed nomine pietatis, p
 est, mater eius. Nec poterat effi-
 casius eius dolorem describere,
 quam sic dicendo: Stabat iuxta
 crucem Iesu mater eius. Hic
 enim vel maxime experta est,
 quod ipsi prædixerat Simeon:
 Tuam ipsius animam petran-
 fiam tibi gladius, quem enim dolorem
 pariendo euaserat, hic sub cruce
 inuenit. Aliis siquidem mulie-
 ribz dicitur: In dolore paries
 filios. At hos quidem dolores
 Maria non habuit. Verum non
 idē sine doloribus fuit. Itaque
 sic nec virgo mater sine cruce
 fuit, quis nostrum sine cruce esse
 poterit? Paterur Christus, compa-
 titur mater: & tu non nisi læta
 queris? Stabat igitur virgo, non
 enim tunc primam superuenerat,

sed egredientem cū cruce secuta fuerat: & interim stabat non longē, sed iuxta crucem: quō declaratur matris constantia & animi fortitudo. Cogitādo homo, quantus hic dolor fuerit. Nemo hominum maiorem gratiam accepit. Nec quisquam hominum maiorem tristitiae dolorem sensit, quā virgo mater. Stabat mater animi plena, plena deuotionis affectu. Stabat, inuisibilem flammam amoris secum reuoluens, quā filius eius ardebat. Ardens & ipsa feruore charitatis, se talem ac tantum filium genuisse examinans, qui tales iniurias tam libens condonaret, & tam atrociter iniurias etiam excusaret. Stabat, considerans filii sui angustias duras sanē & acerbissimas, quibus acerrimē materno cruciabatur affectu: & nihilominus pro sua sapientia & charitatis incendio, considerans utilitatem humano generi inde proueniētem, Demoque gloriam inde confusuram.

Stabat cum alie mulieribus & amicis sub cruce tristis & misera, non curans quōd propter Christum filium, multa opprobria audire cogereat. Materius si quidem affectus hanc omnia vincebat.

Christus igitur quāuis in imensis angustis esset, non tamen in hac hora matrem neglexit. Et cum nullum amplius membrum haberet liberum, exceptis oculis & lingua, de vtroque tamen seruire matri dignatus est, vtraque ad eam dirigit, adspiciendo scilicet & alloquendo, v ostendit quānti ipsam gestare in corde, & vt se ipsa doceret honorandos esse parentes, eorumque curam ad mortem vsque habendam. Nam aliās Christus durius

culē aliquando visus est alloqui matrem, quādo scilicet Dei negotium agebatur, vt Ioan. 2. Mat. 12. Luc. 12. Vbi enim Dei negotium agitur, cessare debet & cedere omnis humanus affectus. Hic autem in cruce matrem fideliter & humaniter agnoscit: quādoquidem pro oculis pendebar, quod ipsa generat. Cum vidisset, inquit, Iesus matrem. O verē stupendū visiois miraculum. O genebundum certamen oculorū quod vidisset in oculis Iesu. In vno eodemque tempore ipsi oculi festinabant ad mortem, & se se torquebant ad matrem. Virtus mortis eos claudebat & impellebat ad defectum, vis amoris eos aperiebat ad matris adspiciendum. O quam profundē infixus est finalis radius visiois in corde tuo o mater sancta, quo te mihi Dominus iam moriens intueri dignatus est. Reuera sagitta fuit quae non tantum cor tuum vulnerauit, sed etiam gladius qui anima tua intima penetrauit. O quam plena singultibus, superfusa doloribus, lachrymanes, oculorū direxerat sursum, vt in horrore patibulo silii simul morientem, & te respicientem videres.

Nec solam oculis Christus seruiuit matri, eam adspiciendo: sed etiam lingua eam consolatur. Mulier inquit, Ecce filius tuus. Mulierem nominat primō, ne ipseu dolorem auget. Non erat tepus dulciter eā alloquēdi, ne matris nomen exprimeret. Quia si Christus dulcis illi locutus fuisset, credo quod cor virginis crepississet. Deinde mulierem ipsam etiam iudicē nominat, ne si matrem vocaret, crucifixoribus anam dare, durius contra ipsam agendi. Præterea etiam, idē

idē mulierem ipsam nominat, quia est nomine virginitatis supra modum laudibus vehemens sit, tamen mulieris nomine maioribus laudibus cumulanda est. miram quōd Deus ipsius viscera hoc facere fructu dignatus sit, & testamentum iam olim Abraham factum, per ipsam mundo exposuerit, hinc est quōd Christus eā de cruce mulierem vocat, hinc est quōd angelus benedictā eam inter mulieres pronunciat. Hinc etiā est, quōd Paulus dicit Christum ex muliere factum, Gala. 4. Sensus autē verbi est, quod Christus. Scio mulier anxius tui peccatoris curas, constitutum, scio & misericordiam, religionem, charitatemque tuam: scio & anxie scio quippe eam doloris mei causa non minima sis, ego tui doloris vnica causa sum. Scio quāobrem addites. Vis pietatis vnguentum me deluere, cogitas desolati vel praesentia tua solari, optas & mecum commori, vel sola mori. Accepta sunt hae: sed quantum multent, tantum vlciant. Nam & anima tua consolari renuisti, me integro, libero, & tibi reddito. Frustra alioqui fomēta sunt omnia, frustra remedia, frustra cōsolatiuncula: frustra est quicquid tibi offerat, lampidem tamen tanto virtutum robore durata, tanto charissimū vnguentum peris, tantis consummationibus persecta es, vt sine feditate atrata, sine squalore lugubris, sine genulibus inderentia, amarulenta sis: sine nobilo turberis, sine impietate luceas, sine pusillanimitate singularis, & quid nō, cum & lachrymans luculenta, & transfusa tot gladiis constantissima, & moriens vltra permanes? Proinde mulier fortissima, suis

temporibus precio & remuneratione ex vltimis finibus non furanda, iam neque debito solatio es desitenda, si tamē ab afflictissimo afflicte quid remedii offerri potest. Vides quāto difficultatibus æstuum? quos torcularibus æstuum? quibus angoribus mea contabescat virtus? quo precio? quo impendio peccatorum redimam? qua charitate humanum genus amplectar? Placui patris iram. Reflat vt etiam te non deseram, hæcenus quidem charissima genitrix, ab exordio natiuitatis meae vsque in hanc nouissimam horam, fidelissimam te mihi matrem exhibuisti, omnemque maternum affectum mihi exhibuisti: iamque me moriente, te ab omnibus delinquentiam times. Sed noli ob hoc tristari, in adstas Ioannes ille nepos tuus, alioqui tibi mihi iuxta percharus: de hoc tibi omnia bona pollicere. Hic interim erit filius, qui te obseruet, colat, honoret, magnificet: quae omnibus diebus vixit. Ac ne quid de hoc dubites, en ipsam in praesentia alloquar. Hic igitur quasi me ipsum, tibi in famulum, custodem, & euectorem trado. Pro sua enim castitate, virginali & superangelice puritatis conuentu, proque sua fidelitate, tibi non minus quam mihi fideliter & constantissimē addabit. Mulier igitur, ecce filius tuus. Sciam autem & discipulum aloquitur: Ecce (inquit) Mater tua, quasi dicat: Egredere quidem hæcenus mihi Ioānes vocacione tua respōdisti. Nō igitur iremuneratus abis pro tua singulari tua respōdisti. Nō igitur imo excellentioribus donatis hono-

Ecce si-
lius.

raberis, quàm vel precari, vel sperare auderes. Orbauit te amor meus dulcissimus nauicula, parentibus cõiuge & te ipso: in me spes, cura, solitudo in meq; omnem statueras: in me petra securè ædificas. Nihil tam dulce, nec nuptiæ, nec paterna domus: nihil tam graue, quod te a comitatu meo retraheret. pro iniquis etiã pontificum ædes secutus, iamq; notatissimæ cruci compatientissimus adfuit. Me sequi, meis interesse confortiis, meis parere mandatis, tua uoluptas erat. Quare igitur te relinquere, qui me secutus est: quare non enutrire, cuius in me tota spes confedit: Nequaquam morte mea spes omnis tua corruet. Non ingratus tibi ero. Ecce mater tua. Dixisti parètib; tuis propter me, Nò noui vos. Ecce Dei genitrix mater tua. Reliquisti cõiugem accipitis fidei, ecce uirginem habes integerrimam. Renũciaisti nauiculæ piscatorum. Ecce nauem gubernans infortiorum, de longe porantem panem suum. Spreuisti parua, accipies maxime. Respisti dubia, accipies certa, inuenisti gratiam in oculis meis. Fagæ est mihi delicatior uitæ tuæ consuetudo. Nullis mysticis non admittis, sed in monte Thabor gloriari, uisisti curatum Iairi filium, uisisti in horto uesperis, uides & iam misericordiam. Hei etiã in cæna super pedus meum recubuisse: & nunc, quod dilectissimum in mûdo habes, tuæ fidei commendo. Ecce mater tua. uides me morri propinquum, uides matrem desolatam, uides multos esse aduersarios: eam igitur assigno, commendo, & tuam facio. Ecce quæ mea, iã tua mater est. Tu igitur quod filium decet, eam serua, foue, di-

lige, ministra. Si eam agnoscis matrem, ego te agnoscam fratrem. hæc enim Christus matrem consolationis est: quo uerbo suam & dilectionem & curã ostendit erga matrem ad exemplum nostrum. Nec uquam clarius exemplum de honore & cura parentibus exhibenda inuenies, quàm hic: quã uerua non iniqua quidem, sed admodum æqualis communitio hæc fit, quòd uirgini matri pro Iesu datur Ioannes, pro Domino seruus; pro magistro discipulus: denique filius Zabedei, pro filio Dei: nec dubiũ, quin magnis doloribus uerbum hoc ipam matrem affecerit. Interim tamen fide persistit immobilis.

Cæteram quod Christus morturus, tam officiosam matrem dicitur, tam quod scipulo commendat, non sine mysterio factum est. Maria Ecclesiam significat, quæ Ioanni creditur ministro. Accipit autem Ioannes Ecclesiam in suam, quando illi uerbo Dei præfuit. Christus uerò anteponit Ecclesiam ministro. Nam sic ait: Qui maior est uestrum, sit tanquàm minister. Et Paulus: Sic nos existimet homo, ut ministros Dei & dispensatores &c. Porro nemo se ministrum Mariæ, hoc est, Ecclesie se ingerat, nisi illi à Deo cura illius committatur. Vocatis, inquit, seruis dedit eis pecuniã ad negociandum. Et nemo sibi assumere debet honorem hunc, sed qui uocatur tanquàm Aaron. Curet autem minister Ecclesie ut sit Ioannes, hoc est, ut gratiam Dei in eum uerbo & nomine, sed etiam re ipsa exprimat. Deinde in hac commendatione Matris Christi in curam Ioannis ad spiritualẽ illi cognitione

Mytho
Mac. 23.
1. Cor. 4.

Lac. 13.
Heb. 3.

gnationem, quæ inter fideles esse debet in Ecclesia. Imò eam hic instituit, quæ scilicet quilibet alteri debet esse pater, mater, frater, foror, &c. quem admodum Paulus scribit Timotheo, ut senes colat ut patres, anus ut matres, adolecentulas ut sorores, &c. Sicut igitur Ioannes post hanc Christi commendationem, uirginem Mariam potuit dicere matrem suã: sic & nos postumus eam uocare matrem, quandoquidem Christus nobis fratrem genuit. Et sicut Ioannes Petrum appellare potuit fratrem, sic & nos postumus. Hæc est Christiana fraternitas & spiritualis nostra cognatio, quæ & magnam nobis dat consolationem. Hinc enim uidemus, quòd etiam sancti ad nos pertineant, & nos ad ipsos. Ipse nos agnoscunt & amant. Agnoscamus & nos illos, &c. In fine additur, quòd Ioanne uel fidelis & obediens discipulus, huius mandati memor, Mariam ab eo die accepit in suã, non quòd proprium quid habuerit, (nam omnia reliquerant apostoli, Matthæi 19. & quæ habebant, omnibus communia erant, Act. 4.) Iesd quòd eam accepit in suam curam, eique posthac ministravit ut filius matri. Succedit eam in sua, non prædia, quæ nulla possidebat: sed officia, quæ, propria dispensatione exsequenda curabat. Hæc Augustinus.

De quarto uerbo.

Ad uicimum tria uerba, quæ Christus in cruce protulit: Primum patrem, secundum ad laetronem, tertium ad matrem, & omnia quidem ea, admodum dulcia & consolatoria erant. Nunc appropinquante hora mortis,

quarta uerbum pronunciat, idque cum magna grauitate: sed iterum patrem alloquitur, & admodum querulosè. De hoc igitur Euangelistæ sic scribunt.

Cum uerò facta esset sexta hora, ab ea tenebra facta sunt superyni uersam terram usque in horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicēs: Eli Eli, lama azabani, quòd est, si quis interpretetur, Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me? Quidam autè illic stantium dicebant: Ecce Heliam uocat iste.

Sexima horæ diei elapsæ erant & necdum tamen impii fatiati erant pœnis Christi. Ad eorum igitur impietatem arguendam, tenebræ fiunt, & sol ille uisibilis, propter iniuriam ueri solis iustitiæ, turbatur & obscuratur: idque contra consuetudinem & cursum cœli, quandoquidem circa hoc tempus eclipsis Solis non fit, ut Theophrastus ex Hieronymo dicit. Hic igitur uerba aliquantulum prolixè diuitias Christi, quasi in notis Iudeis, ni ab impietate sua cessarent. Cæterũ de hoc magno miraculo cœli uel Solis scribit Dionysius Areopagita in epistola ad Apollonhanem, ubi fatetur quòd vna cum ipso Eclipsim uiderit in Heliopoli, cum uerteret eorum adhuc esset paga

mus. Illaeque affert Apollophanem dixisse: O bone Dionysi, viciitudines sunt diuinum rerum. Citat & Origenes lib. 2. contra Celsum, quod quidam, cuius nomen Phlegon, crispiter de obscuratione solis tempore Tiberii Caesaris.

Quid igitur ad hanc eclipsim est, quod scribit Plinius, post occisum Cæzarem, isolem quo anno palluisse? Facessant huiusmodi comparationes etiam summoque Monacharum. Hoc verè signum est, quod scribi & legi, dici & cantari meretur, & quantum seculi hoc durat. Hæ autem insolite tenebræ primò ostendebant Christi diuinitatem, cui omnia elementa famulantur, & ad nuntia feruunt.

2. Secundo, Christi innocentiam. Vt enim notum fuerit, Christum innocenter pati, in morte eius turbantur elementa, & creatori dant testimonium creaturæ. Tertio, his 3 signis pater cælestis ostendere voluit se indigna videtur, quæ tamen ipse in salutem crediturus fieri voluit. Postremò, insolite hæ tenebræ portendebant, quod lux veritatis iam à iudea recesserat, & quod omnibus Christi negatoribus perpetuæ tenebræ essent relinquendæ. Sæpius petierat Iudæi à Christo, vt signum aliquod de celo ostenderet. Ecce hic habent signum de celo, tamen in malam ipsorum.

Cum igitur huiusmodi tenebræ tribus iam horis durassent, iterum loqui cepit Christus, imò clamauit voce magna, & ad verè humanitatis probationem, & intensissimi doloris declarationem contra futuras hæreses, quæ aut negant Dominum verum hominem esse, aut volunt eum non ve

rè passum, sed patientis tantum speciem & vmbra prætidisse. Sed veri doloris arque magni, testis est vox clamoris magni. Quamuis enim intolerabilia fuerunt, quæ intuentium viderunt oculi: plura tamen adhuc patiebatur Christus, quæ oculus exterius non videbat. Ad ea igitur indicanda clamabat, vt impleteretur illud Psalmi: Laboranti clamans, rauæ factæ sunt fauces meæ &c. Et bene rauæ, quia raucedo ex humoris defectu in gutture & arteriis accidit. Aruerat autem sicut testa virtus eius, defluentibus vndique sanguinis humeribus. Sed clamantis vocem audiamus. Ait igitur: Eli Eli, lama azabthani. Verbum autè, hoc ex Psalmo 21. sumptum est, qui Psalmus in Hebræo illis ipse verè his incipit. Exordio igitur eius Psalmi vsus est Christus, ad ostendendum quod totus ille Psalmus in ipsum, & de ipso factus est. Vbi obseruandum, quod Christus non de penis caufatur, sed de derelictione: nec quacuque. Nam & ab his quibus benefecerat, & à propriis discipulis derelictus erat in medio hostium & pericuro-rum. Nec tamen etiam huius derelictionis meminit, sed signanter clamat & queritur se à patre derelictum: quod non sic intelligendum, quasi diuinitas ab humanitate Christi se separauit, sed quæ potestati persequenti eam humanitatem ad tempus reliquerit, nec ipsam defendit sui potentia: insuper etiam omnem consolationem auxiliumque supernaturalem eidem subtraxerat ad tempus. Cæteris enim martyribus Deus semper suis consolationibus specialiter assistebat, vel externa tormenta à sua actione suspendendo, vt in

Dm. 3. vt in tribus pueris quos flamma ignis laedere non potuit: vel internam spiritus sui dulcedinem immitendo, adeo vt dolores corporis vel omnino non sentirent, vel remissius & gaudenter ferrent. Christus autem in omni sua passione nullam omnino consolationem sensu desuper, vnde verè dicere potuit: Vt omnes qui transierit per viam, attendite & videte, si est dolor similis sicut dolor meus. Quis enim vnquam tægrauis, tam stupenda sustinuit? Deus est qui patitur. Nec in aliquo torculari passionis sibi alleuiat, qui feruis suis vel omnino auferte, vel alleuiare, vel breuiare confueuerat vires tormentorum. Non parci sibi, qui peccatoribus parcere solet. Verè igitur dixit

Thren. 1. Paulus: Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Non solum enim illum tradidit in mortem, sed etiã in penis & afflictionibus ei non peperit. Est igitur sensus verbi, Vbi obseruandum, quod Christus non de penis caufatur, sed de derelictione: nec quacuque. Nam & ab his quibus benefecerat, & à propriis discipulis derelictus erat in medio hostium & pericuro-rum. Nec tamen etiam huius derelictionis meminit, sed signanter clamat & queritur se à patre derelictum: quod non sic intelligendum, quasi diuinitas ab humanitate Christi se separauit, sed quæ potestati persequenti eam humanitatem ad tempus reliquerit, nec ipsam defendit sui potentia: insuper etiam omnem consolationem auxiliumque supernaturalem eidem subtraxerat ad tempus. Cæteris enim martyribus Deus semper suis consolationibus specialiter assistebat, vel externa tormenta à sua actione suspendendo, vt in

Senfus. quasi dicat: Qui amicis animorum curas pandunt, dimidiassè eas sese putant. Ego verò ad te Deum meum, patrem meum, patrem mihi frigidiorum & totius consolationis cõuerfus, cruciatum meorum lenimentum nec inuenio, quæro. Quom enim voluntarius huius oneri me submisisti, quicquid superieceris, patienter ferendum est. Licet autem clamantem ad te non exaudias, dolores tamè meos annuntiabo tibi, ne vel silentio mitigationem querere videar. Si enim omnino tacerem, nec angustias meas ostenderem: viderer à nonnullis hoc facere, vt inimicos gaudio suo fraudarem. Alii autem etiam vident carnis meæ pallium conficium, suspicari tamen posse animum meum ad

huc inactum, quietum, & nihil turbatum. Nam exteriora quidè vniuersa & penas oculi corporales tamen videre possunt, secretas tamen animi angustias videre non possunt. Summas itaque animæ meæ necessitates & angustias vel clamore testabor, & pio-rum cordibus, quibus tu decideris, profundius inferam. Vbi autem potissimum ærumnas meas recensere, meiorumquè meū detegam, quàm coram te ditissimo ego pauper: coram te patre ego filius: tu Deus meus, Deus meus & defugus meus. Audi ergo dolores filii tui. Eli Eli, lama azabthani. Hæc angorum meorum summa & caput est, Deus meus, Deus meus, quòd me dereliquisti: Alii te semel tantum Deum inuocant: quia et si gloria tua egent, peccatis tamen te negant. Ego te bis Deum inuoco, quia & nature tuæ particeps sum, & à tuis mandatis nunquam retrocessi. At tu me iustissimum à te abicis, & pro impiis obicis impis: filium me tuum seueriter castigas, vt seruo rebelli misericorditer parcas, fugis me aqua tuæ viue canalem & derelinquis, ve in cisternas detritas & vres diruptos influas. Vnde fit vt cum descendentes in lacum, & inter mortuos æstimer. Nec solum dereliquisti me, sed etiam extendisti super me manum tuam, & stans tu transieristi super me. Vni in altitudinem maris, & tēpētas Derelideris. Intrauerunt aquæ quisti. vsque ad animam meam. Dereliquisti me, auxilio tuo destituisi, consolationibus nudasti: rorem refrigerii, ne desinas, suspendisti, ita quòd nec ipsa gloriæ beatiudo qua fruor, crucem meā minus asperam mihi reddidit.

Deus meus.

Psal. 37.

Psal. 67.

Sed

Sed & extendidisti super me ma-
num tuam, vt effem vir dolorum
& sciens infirmitatem. Nulla in
corpore meo sanitas à plana pedis
vsque ad verticem capitis, Nulla & in anima sanitas ab in-
fimis sensuum pedibus ad emi-
nentem vsque verticem rationis.
Foris vastat framea & gladius,
intus paor & luctus: Foris do-
lorum riuuli in corpore, intus tri-
bulationum mare in corde. La-
borat agrius caro mea, quia tenor,
vivaocior, sensatior. Maiori la-
bore agrotat anima, quia innocen-
tior, sapietior, dignior. Caro mea
dolet, anima mea dolet. Et quid
non dolet, tuo subsidio exutum?
Tribulatio & angustia inuene-
runt me, perque momenta singu-
la dolores ingrauefcent. Quan-
tum enim meroris exagitat tui
nominis offensa? quantum itum-
materna turbatio, discipulorum
timor, puillorum scandalum, cru-
cifigentium error? quantum item
sanctorum omnium, qui fuerunt,
sunt vel erunt, pro nomine meo
si ceptæ angustia? Quam maxi-
me etiam fæcis ingratitudinis il-
lorum, qui post secula peccatori
sunt, tam etiam cicatrices redul-
cerant, cor totum fodicant, lan-
cinant, populantur, quicquid tur-
bationem fufcipere potest. Cæte-
rum ineffabilis doloris mei abun-
de liquidum argumentum est, si
singula totius humani generis
peccata in vnum acerrum conge-
rantur, maximus vix acerrus est:
tamen pro expandiis illis omni-
bus sanguinem meum sufficere
voluisti, ideoque te tanta penarum
amaritudine me exacerbasti, tan-
taque moles meis humeris impo-
sisti. Torcular calcavi solcus, &
de genibus non est vir mecum.
It. 63. Vt quid. Ita me dereliquisti, exposuisti, tra-

Vt quid. Ita me dereliquisti, exposuisti, tra-

didisti impiis. Accedit ad hæc vt
quid derelictio mea? Mala pro
bonis retribuuntur, precium meū
repellitur. Postque tot sudores &
angustias, in multis hinc peric san-
guis & passio mea. Tot nullia ho-
minum per rubrum mare sangui-
nis mei, ex Aegypto educuntur.
Et vnus tantummodo mecum
ad quæsitam terram latro peruen-
it. Non est qui gloriam det
Deo, nisi hic alienigena. Non est
qui faciat bonum vsque ad
hunc vnum. Vt quid igitur me
dereliquisti? vt quid frustra te
doloribus obiecit? Num pro so-
lo latrone parior? O verè admi-
randa tua erga homines dilectio.
Tu bonorum totius creaturæ non
eges. In teipso consummatissim-
& beatissimus es, quam admi-
randam igitur bonitas tua, qua
me filium tuum pro hominibus
exposuisti. En ego speciosus præ
filiis hominū, tua voluptas, gau-
dium angelorum, ob vermium gla-
lutem, vermis & vermium abie-
ctio factus sum. Admiror mirabi-
le consilium tuum in redimendo
homine, admiror bonitatem tuā
ineffabilem. Nec minus admiror,
quod ipse meopte conatu tam
amater, tam efflidim tuis pareo
mandatis, proque ingratis & no-
bentiandus me offero. Verum sic
tibi complacuit. Itaque si quid
penarum adhuc restat, super po-
ne, gratus excipio. Deum adhuc
confiteor. Vt tua voluntas fiat,
mea voluntas est. Deus meus,
Deus meus, vt quid me dereliqui-
sti? Ecce paratum cor meum ad
explendum quicquid mandaueris.
Doloris magna vis est, sed
amoris longè violentior magnitudo.
Imò etiam si me amplius derelin-
quas, & illi adhuc ingratiore-
res sunt, tamen à charitate tua &
eorum

eorum quos vocasti, separari ne-
queo. Quis enim me separabit à
charitate tuam? tribulationem
angustiam? Sed dereliquisti, ne
derelinquas: humiliasti, vt magnifi-
ces: abiectisti, vt honorificentissi-
mè excipias: Dereliquisti, & id
vni reliquisti, vt ad te (licet sine
cōsolatione) confugerè & clama-
rem. Placeat ergo tibi filius casti-
gatus, & libenter audi, quem in
exercitatione sua charitatis rigi-
tum transmittit: Deus meus Deus
meus, vt quid dereliquisti me?

Circa hunc locum primò ob-
serua, hanc vocem (vt quid me
dereliquisti? non scitiam, sed ve-
rissimam fuisse: nec oris solum,
verum etiam cordis & omnium
humanarum vitium fuisse clamo-
rem: Exiit enim Christus hæc ho-
ra Deum, non abiectio, sed non
sentendo, purumque egit homi-
nem. Verè enim & nimium huma-
na vox est, ex humano affectu
procedens, sic conqueri, cur Deus
derelinquat, cur tanta imp iis
permitteret. Sic Dauid: Zelauis su-
per iniquos, pacem peccatorum
videns, & Hieremias: Quare via
impiorum prosperatur? Et Abacuc:
Vt quare Domine clama-
bis, & non exaudies? Quare ostendit
mihi impietatem & laborem
videre, prædam & iniustitiam con-
tra me? Quare respicis contem-
ptores, & taces conculcanti in pio iu-
stiorum se? Sic & Christus hic ex
humano affectu loquitur. Sic su-
pra quoque in hortu orans, satis
humanitatem suam verum ostendit.
Verum hic miserabilis clamo-
rem eandem multo clariorem ostendit
contra futuros hereticos, qui
eius humanam naturam negatur
erant. Nemo igitur scandali-
zetur de hac verè humana que-
rulatione: sed quicquid secum co-

gites, quòd veraciter caro & san-
guis hic in cruce pependit, in
forma scilicet struili: in cruce, morte
& pura humanitate, probatur
& experitur hæc. Post tri-
dium multo alii videbis & expe-
riaris, cum nouum & viuum læ-
tuum corpus & sepulcro resurrexerit.
Sic igitur patet, quòd Chris-
tus quemadmodum summo gau-
dio, ita & summa tristitia pers-
trictus fuit. Et vt summa veritate,
ita & summa infirmitate præ-
ditus fuit: & vt summa in pace,
sic in summa etiam perturbatio-
ne egit. Christus inquam sicut vitæ
dulcorum, ita & mortis acerbis
tatum tenet. Secundò obserua, a
quòd ista Christi derelictio, pa-
uor est conscientie nostræ ob ad-
missa peccata, quæ iudicium Dei
& iram æternam experitur & sic
afficitur, quasi in perpetuum derel-
ictus, iuxta illud, Ego dixi in cæstis
mea, procius sum à facie Dei ef-
fret, iuxta illud, Ego dixi in cæstis
mea, procius sum à facie oculo-
rum tuorum. Iudicio autem re-
uelato, quis non desperet? Nullus
enim est qui constet, & iudicium
Dei ferre potest. Quemadmo-
dum enim oculus à nimio splen-
dore solis excæcatur, & aures à
nimio sono oburdescunt: ita iu-
dicium Dei fontantis est, quam
vlti positit à mente cordis nostri fu-
sinerit: & grauius, quam vt posit
humanis viribus ferri. Itaque cogi-
te hominem ad desperationem,
propterea quòd nullquam via
euadendi pateat, id quòd Amos
testatur. Non erit, inquit, eis fuga:
& qui fugerit ex eis, non sal-
uabitur: Si descendenter vsque
ad infernum, ibi inueni eos &c.
Nam Domino sic iudicanti, &
omnes creature obediunt, & iu-
dicium Dei adiuant, vt omnia
condemnatis fiant horrenda, vt

h. 1. Iohel

Iohel dicit: A facie domini contremuit terra, moti sunt caeli, sol & luna obtenebrati sunt. Item in illa die, fallit iudici Domini, occidit eis sol in meridie &c. Quid igitur miseris homine, qui sic à domino iudicatur, omnium cratarum consilio, solatio, & auxilio destituitur, & desperat? Hoc est iudicium quod omnes propter peccata meriti eramus. Itaq; Christus Dei vigenitus filius, ex mera misericordia, nullo nostro merito coniecit in nos in nostram causam, & in numerum suos supplicium à nobis meritos suscepit. Hinc videmus ex una parte contra Christum stare, vulgum conuinciatum, sacerdos blasphemantes, latrones maledicentes, Apostolos abnegantes, amicos reprobaentes, mortem terram, solis defectum, breuiter omnia horrida & omnes creaturas stare. Ex altera autem parte etiam Deum aduersarium, derelinquentem itaq; vt clamet, quare dereliquisti me? Quis nostrum in tali necessitate non desperasset? At Christus omnia haec in se fumpsit, vt desperationem nostram vinceret, nobisque spem etiam in tali necessitate constitutis daret. Nostra igitur haec vox fuit, qui nullis viribus iudicium Dei sustinere valeamus quin desperemus. Christus autem eam vocem in se suscepit, ac desperationem nostram vicit, vt nunc certis status nos non derelinquendos à Deo, etiam si videatur derelinquere, sicut Christus à Deo derelictus esse videbatur in hac hora, quod nullam ab eo consolationem sentiret, cum reuera non esset derelictus, imò etiam tunc esset dilectissimus filius Dei. Itaque certi hic reddimus, Deum nunquam praesentio-rem esse, quam cum videtur lon-

gissime abesse. Ad punctum, inquit, & in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congre-^{148.4} gabo te. Itaque Christus vt peccatores liberaret, constituit in se locum omnium peccatorum, non quidem furans, aut adulterans, aut occidens &c. sed stipendium, penam, & meritum peccatorum (qua sunt furges, calor, esurios, sitis, timor, tremor, horror mortis & inferni, desperatio, mors, infernus ipse) in se transferens, vt famem fame, timorem timore, horrorem horrore, desperationem desperationem, mortem morte, infernum inferno, breuiter Satanam Satanam vinceret. Est enim pulcherrimum viduaris genus, hostem proprio gladio iugulare. Vnde Paulus: Misit Deus filium suum suum sub specie carnis obnoxie, vt de peccato damnaret peccatum. Sic Isaias: Sceptum exactoris eius superasti sicut in die Madian, Madianites enim mutuis virulentibus coniderunt. Sic facan-^{149.} fuis ipsius armis vinctus est, quem admodum & Goliath à Dauide proprio gladio iugulatus est. Ter-^{149.4} tio, hoc verbo docemur, quid in tribulationibus & afflictionibus nobis agendum sit: nempe vt in omnibus ad Deum fida mente curamus, vt ipse vestigium nostram respiciat. Docemur etiā⁴ hic, eisdem & nos libenter incedamus, nihilque de pressuris conqueramur: quando nec discipulus supra magistrum, nec seruus supra Dominum fit. Tum autem tunc vere beati erimus, cum communicantes passionem Christi, propter nomen eius aduersa patimur, nobisque interim nihil dulce nisi Iesus, nihil aspe-
rum

rum nisi à Iesu disungi: & quis sapiens non malit pullatus cum rege & optimatibus lugubri sacco atratis, in palatia gaudiorum opulentissima penetrare, quam festiua stola cum vili plebeucla indui, & foris manere? Paludamentum Christi, sanguine purpuratum est. Ita & chilymides martyrum, quoniam per multas tribulationes & angulissimam viam ad gaudia caelestia contenderunt. Vides quàm nihil nobis, de aduersitate quod queramus, superfluum praeteritum si recogitemus quia iuste pro peccatis nostris affligimur. Postremo ex hoc verbo discamus etiam refugere videri libidinis. Ad id enim mali retundendum, vix alia herba salubrior & efficacior est, quam con-⁵ girare Dominum Iesum sic ab omnibus derelictum, etiam ab ipso patre, totūque expositum cruciatibus, omnibus solatiorum refrigeriis vacuum, omniaque ad usum tolerare insonantem & pro aliena culpa. Heus enim fornicarii & adulteri, quam vicem affligistis Christo repeditis? Pro salute vestra nec momentanea oblectatiuicula fraudari, nec pauper potiuicula mordaciore affligi sustinetis, quomodo igitur sanguinem, corpus, vitam pro Christo aut pro fratribus exponetis? Vbi affectus vestros desigitis? quid vos aggluinatis terrae, quomodo generositatis caelo etiam superior est? Incolae vinearum Engaddi, quid disperitis vt stercora in Endor: Ciues paradisi, quid in volutabris Asphalti volutaminis? Capite fasciculum myrrhae huius, meditamina passionem Domini, vt sanari possitis à plaga illa pessima. Et tantum de hoc verbo. Ceterum in fine additur, quod

Christus etiam in illo miserabili suo clamore inuenit suos illusores. Ecce, inquit, Heliam vocat iste. Putat autem Hieronymus hos fuisse milites Romanos, non intellegentes Hebraei sermonis proprietatem. Secundum alios Hebraei erant, qui contra conscientiam vulgō verba Christi deprauabant, quasi nunc Heliae auxilium imploraret, qui prius se filium Dei dixisset. Alioqui nisi cœci fuissent, videre potuissent, se illo clamore prociuari ad eum scripturæ locum, quibz omnia praedicta fuerūt, quæ tunc coram cerebant impleri, & iam pro maiori parte impleta esse.

De quinto verbo.

Solent desolati homines, quocumque se vertant, auxilium querere & subleuamem. Sic Christus supra circa exordium passionis ex praesentione & imaginatione eorum quæ passurus erat, quasi in agoniam & mortis angustiam deueniens: nunc quid ad Deum currit per orationem, nunc ad discipulos redit, vtrunque querens consolationem. Sic & hic cum se sensisset à Deo derelictum esse, vel ab hominibus aliqualem refocillationem, maximè in potu quaerit, inter cibi enim & potus inopiam, magis vrget sitis, praesertim defectos, qui nonnumquam paucis guttulis refocillantur, Itaque.

Scies Iesus quod iam omnia cōsummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo possum erat aceto plenum. illi autem spon-
siam

giam aceto plenam hy-
lopo circumponentes, ob-
tulerunt ori eius.

Gen. 3. Vltimo loco Christus vexatur
in gustu, sicut Eua vltimo pecca-
uit in gustu. Antequam enim fru-
ctū veticū gustaret, iam peccauit
& ita cōcupiscēdo & manū exten-
dēdo. Fuit autē hęc Christi fctis
partim naturalis, partim mystica.
Nam nimis laborauerat, & multum
sanguinē fuderat: deniq; etiā
nudus Solis ardoribus & vīro in
cruce pendēs expositus erat. Vnde
non dubium quin grauissima fcti
laboraret: quod vel ex eo patet,
quod omnium dolorum suorum
oblitus, fctis suę acrimoniam que
rula supplicatione ægerimē indi-
cat, quamquā etiam hoc nō tam
ad refocillandam fctim, quam ad
impletionem scripturę fecerit &
dixerit. Vt impleteret (inquit)
scripturā, dixit: Sitio. Ad hęc spi-
ritualiter etiam fcti ftab salutem
nostram, desiderabat enim vel
morte sua diabolum, & vincere,
hominēque liberare. Et hanc
quidē fctim semper habuit. Nunc
autem in passione vel maximē
manifestabat eam, hic enim verē
apparet, quam ardentem sitierit
salutem nostram quātumuis hoc
ipsum alia omnia etiam eius ope-
ra testentur. Est igitur sensus hu-
ius verbi quasi dicit. Quam vex-
er ego, salutię vestrę scienti-
simum & amator, fratres charissi-
mi, ob amorem salutemque vestrā
ad Deo meo derelictus sim,
iubet & cogit charitatis feruor
indagare, an vel apud vos misere-
cordiæ locus pateat, qui mihi
amplissimis beneficiis obuiāti
estis, & quos tam inestimabili
precio comparauī. Charitas in-

nire, Sitio, non tamen solum cor-
pore, sed etiam, imō plus animo.
Tuam enim salutē o homo magis,
quam aquā desidero, tuamq;
redemptionem magis quam me
refocillationem. Te inquam si-
tio: nec solum gustare, sed totum
intra viscera mea haustu chari-
tatis forbere & atrahere cupio.
Pro hac fcti refingenda tantum
itineris emensio, tot labores
adii, tot cruciatu perituli & ne
quid tuis salui desit, mille
adhuc id genus tormenta fcti.
Ecce tempus adest vt deficiat
virtus mea: ne ergo cupitis fra-
der desideris, nolī, homo cor tuū
hodie obdurare: sed suscipe san-
ctę dilectionis ignem, qui suo
ardore ita te coquat, vt castos
edas gemitus, & largas fundas
lachrymas: his me pascito. Non
multa peto, imō parua etiam
abundantissimē remunero; nec
frigida lachrymulam, nec desi-
deriū paupertatis asperno. Hęc
me vespertina precatio est: hęc
post Dei mei charitatem cura
vnica, vte te queram, te amem, te
fctiam. Sitio preterit, vt & vos
hanc meam fctiam, hoc est,
quemadmodum ego vos dilexi,
ita & mutuo vos amore flagretis,
quo nihil apud me sanctius,
adēo vt pastor bonus solo chari-
tatis impulsu pro vobis animam
ponā. Postremo sitio, nepe caput
ego & cor, omnium membrorum
meorum fcti laboro: neq; enim
parum me meorum miseria affli-
git: quam, cum in nubibus celi ve-
nero cum maiestate & gloria, nō
minus quam meam, malis impro-
perabo, dicens: Situi, & non de-
disti mihi bibere, quod enim vni
ex minimis meis feceris, mihi fa-
ctum existimate. Tum igitur
meam fctim refingues o homo,

si famelicus meos cibaueris, fcti-
culosos potaueris, nudos amicus,
vagos colliges hospitio, ægros
captiuosq; inuiseris, solers, li-
beraueris. Tum meam fctim re-
fingues, si ignorantis lac eru-
ditionis propinaueris, panē do-
ctrinę fręgeris, peccantes corri-
pueris, debita iniuriasq; fratrum
remiseris, morostatis herbosq;
aliorum patienter tuleris, preci-
buseq; puris adiuueris. Hęc mea
fctis, quem in mbris meis dispersa
est, in meam collecta. Hęc sine
aceto tristitia, sine felle huor-
is sedate. Admonet vos fctis il-
la mea tam multiplex, & copio-
sa retributio mensurę, qua vobis
remetior. O homo, sitio.

Hactenus quidem Christus.
Sed quidnam hoc verbo impe-
trauit? Audi: Vās, inquit, post-
tum erat aceto plēnū &c. O infa-
tiabilem Furorē, Sic impij nū-
quam fatiantur in persequeendis
bonis. Acetum igitur Christo
dant, quod & foris cadens lædet
teri, ori & fcti nō satisfaceret, imō
cogitum læderet: deniq; & interiora
molestaret & excruciet. Hęc
fcti refocillatio Christi in
tantis laboribus & pennis. Nemo
vnquam tam obnoxius fcti dī-
nationi, cui non saltem particula
impenderet miseracionis, maxi-
me post datam & acceptam sen-
tentia mortis. D. omnino aucto-
rati omnium, simpliciter nihil
relinquitur pietatis. Omnia in
extremis aguntur, quia traditus
erat volūtati eorū. Sic igitur fons
vite aruit, qui dicit: Si quis si-
tio, veniat ad me. Sic qui terram
rorare & pluuia inebriat, & vni-
uersa potat: sitit, & aque gutta
eī negatur. Sic Christus tam du-
rē satisfecit pro nostra crapula
& ebrietate: Sic inquit in omni-

bus passus est, vt homo totus redimeretur.

Sic mundus tractat pios in necessitate.

Ceterum acetum illud pulchre indicat amaritudinem cordis Iudaeorum, itemque impietatem. Sicut enim acetum vinum fuit, sed degenerauit: sic Iudaei degenerauerant. Vinea meae eleuata, inquit, quomodo conuersa es mihi in amaritudinem? Item, Expectaui vt facerent vvas, fecerunt autem labruscas. Illud autem mirandum in illis dominice mortis ministris, imò in illo in quo cuncta hæc disposita erant diuinitatis consilio, quòd tam ordinatè, tamque integrè cum ea egerint, ac si se iurauissent in illo implere cunctas voces prophetarum. Vnde & hic dicitur, Vt impleretur scriptura, nempe

Psal. 68. illa que dicit: Et dederunt in escam meam sel, & in siti mea potauerunt me aceto. Dicitis igitur ex hoc loco, quomodo mundus tractat pios in extréma necessitate. Clamat enim Christus vique hodie in pauperibus & humilissimi auxilio destitutus: Sicut, sed mundus acetum largitur, asphictum irridet, contemnit, conuertitur. Ideò & hic sequitur: Alii autem dicebant: Sine videamus si veniat Helias ad liberandum eum. Debeant alii reprehendere illusores illos, qui Christo se asphicti, & tam enixè potum petenti, acetum obtulerant. Verum nemo est qui ipso arguat. Imò quod hi acetum, alià amaritudine verborum faciunt. Vt enim Christum exulcerant, Adeò iniquam conditionem Christus in mundo habet. Verum ad horam tantum durabit &c.

De sexto verbo.

ET cum accepisset acetum, dixit: Consummatum est. Multa adhuc restabant complenda, nempe mors, lateris apertio, sepultura, inferni destructio, que & ipsa in scripturis prædicta erant. Verum quia iam erant in opere consummationis, ideò dixit: Consummatum est. Restabat & resurrectio, & ascensio, & spiritus sancti missio. Verum ista ad victoriam pertinent, non ad certamen. Præmia sunt pugnae, non labores. Hoc igitur sexto verbo Christus vel maxime diabolum percellit & fulminat, idipsum tamen ad consolationem nostram. Est enim sensus, q. d. Impie venator animarum, frustra hic infidias tendis: nihil nisi confusionem & ignominiam reportabis. Haecenus nihil non fecisti, vt me perderes. Nunc autè & deinceps nihil amplius in me proficere fraudulentiè tuæ suplex, nihil me nocebunt mille tua arma, mille artes: Intendisti arcum tuum, seminaisti inuidie zizanias, plantaisti ingrati tudinis spinam, concitasti populi furorem, excitasti indices, inanimasti carnifices, consummasti omnem malitiam. Insuper tuum Deum prodidisti discipulus, despexerit amici, erit asphictus milites. Iam vacata est pharetra tua. A perussis lacu quem effodisti, sed incidis in eum. In verum tuum iniquitas tua descendit. Nedum enim nihil habebis in me, sed etiam multa millia per me amittes: virtus tua extenuabitur, regnum tuum vastabitur, nequitia consummabitur. Vincit sapientia tuam malignam. Ecce enim per me iam consummatum est (laus Deo) quicquid

quicquid pater statuit: per se ipsum est quicquid lex & prophetæ prædixerunt, quicquid humane salutis necessarium vel condicibile fuerat. Sacrificium factum est, figura impleta, vmbra sublata sunt. Consummatum est patris præceptum. Consummata est scriptura. Consummata est tua potestas, qua in hominem vsus fuisti, imò abusus. Consummata est Iudaeorum ira & violentia in me. Consummata est iniustitia ad summum vsque peruenit, vt maior ne cogitari quidè possit. Consummata est iustitia & charitas, nam & ipsa ad summum peruenit. Consummatum est sacrificium, quo solo Deus placari potuit. Denique omnia iam parata sunt. Finem habet peccatum. Iam orietur iustitia sempiterna. Finem habet lex, succedet Euangelium. Iam redemptus est homo, & Deo reconciliatus. Nihil prætermisum est, nihil non strenue peratum, nihil me præpedire potuit aut retrahere, quo minus consummaretur mysterium humanæ redemptionis, iam sine habet regnum tuum. Incipiet regnum Christi & Dei. Deinceps non adeò formidabilis eris, neque tantæ potestatis vis per terram. Non timebat te. ò Assur, populus habitator Sion. Leuabant etiam pueri virgas, percutient & flagellabunt te. fide enim mea confirmati, nihil tua periremeteset timentis: Imò te totum obtrent & conculcabunt, quia consummati est. Hoc verbo Christi confirmatur nostra fides contra omnes hereticos & Antichristum etiam ipsum. Hoc verbo licet nobis gloriari contra omnes aduersitates, quocunq; nomine videntur. Si enim peccati libidine

tentamur, si mors, si infernus irruerint, obuiendum est: Quid tu nunc infans? Nonne audis paratam esse victoriam, & consummata esse omnia? Nam vt maxima illa etiam nunc sentiantur, sunt tamen veluti serpens sine veneno, & apis sine aculeo. Licet igitur confidenter dicere: Abrupta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? &c. Ad hæc cum antea per legem incerti essemus de futuro hospio post hanc vitam, imò certi essemus in infernumos detrudèdos: nunc per hæc consummationem certi effecti sumus, hospium nostrum esse cælum, si modo per fidem Christo insiti fuerimus. Ceterum consummata omnia dicebat esse Christus eo modo, quo agnus dicitur occisus ab exordio mundi. Non quòd tunc manifestè occidebatur, sed quòd occisio Christi semel facta, sparsa est antrosorum vsque ad ipsum Adam, & retro versus spargitur vsque ad consummationem seculi. Sic & nostra salus consummata est, non dum plene in re, sed in spe. Ceterum est enim iustificari & sanari homo. Interim autem dum iustificatur & sanatur, non imputatur illi quòd reliquum est in carne peccatum propter Christum, qui cum sit sine omni peccato, iam vnum cum homine factus, interpellat pro eo apud patrem. Nihil igitur damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. &c. Post illud autem verbum, quo dicitur, Consummatum est, non expectèd Iudaei alium, qui plura faciat quam Christus fecit.

De septimo verbo.

Inter inexplicabiles dolores, Iustus & tristitias morti appro-

pinquans Christus, cum natura humana amplius sufferre non posset, cepit languescens occulos fons vitæ deprimerre, facie pallescere, ac morientis speciem præferre. Vitam igitur verbum prolaturus ad patrem, ad quem & primum & quartum dixerat.

Iterum clamavit voce magna, dicens: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et cum hoc dixisset, inclinato capite, tradidit spiritum,

Desumptum est autem hoc vltimum verbum e Psalmo 30. quod & S. Stephanus imitatus fuit, atque vti nam omnes nos imitaremur, vti nam inquam hoc esset vltimum verbum nostrum. Optime enim animæ sue cõsultis, qui eam Deo commendat. Sensus autem verbi est. q. Christus dicere voluerit: Tibi pater optime maxime, iure omnis gratitudo debetur pro collatis in nos beneficiis, securæque in manus tuas salutis humana reponitur, vnde profectæ est. Ad nutum enim tui omnia salua & tuta sunt: rursum eadem ad nutum tuum omnia disperseunt, inque nihilum, vnde facta sunt, recidunt. Tu principium finisq. rerum. A te omnia exierunt, par est vt ad te redeant, eoque, fidentius sese tibi commēdet, quo nihil tibi gratius, nihil dulcius, nihil prõptius, quã paterno osculo & summa clemētia redei- tentes excipere creaturas. Foes diligis que tua, nihilque odisti eorum que fecisti. Tu filiorum tuorum optacissimus, tu nauium tutissima statio, tu susceptor, pax &

securitas animarum. Vnde nos mediocri spes mihi filio tuo relicta est, quum iam immensum tribulationum pelagus validissimi patientie remis, teque vires sufficiente emensis sim, totque casus & pericula ope tua vice- rim. Manifestaui nomen tuum hominibus. Clarificauit te super terram, Opus cõiummaui, quod

Ioan. 17.

dediti mihi vt facerem. Nunc autem ad te venio. Et pro secunda benignitatis tue aura, maximas tibi gratias exsoluo, meq. ipsum in acceptabilem victimam in hac crucis ara offero & immo-

do. Et quia carni, quam dediisti mihi sociam, spiritus mira dulcedine adheret, naturali renisu diuelli perhorrescit: Ideo exitum vitæ meæ commendarum tibi facio, vt qui tot tantæque mihi semper contulisti, meque semper exaudisti, hac hora non desis. In manus enim maiestatis tuæ rerum omnium opifices & conseruatrices, commendo spiritum meum, quoniam tu singulariter in spe constituisti me: In pace in te ipso dormiam & requiescam. Nō derelinquas animam meam in inferno, nec patiaris sanctum tuum videre corruptionem. Res- floreat caro mea, & quem concidisti facium, circundet lætitia. Respice humilitatem meam, filia de necessitatibus animæ meæ, statue in loco spaciofo pedes meos. Deus meus est tu, in manibus tuis fortes meæ. Habe ergo me tuum commendatissimum commendarum. Sed & mercedem meam tot laboribus partem, tanto sanguinis profusio redemptam, animas scilicet ab æterna internectione seruatas, commendo in manus tuas, que hætenus quidem & gladium vibrarunt, &

vindicam

vindicam expecterunt iam autē conciliatæ sunt, & in defensorices cõmutatæ. Accipe eas animas in tuas manus, quas ego in manibus mei descripsi. Hæ meæ manubiz sunt, spoliæ; ex hostis nostri faucibus erepta. Hæc mea venatio, accepte & comede, vt benedicat mihi anima tua. Hæc meæ erraticæ ouis, quum humeris meis reportauit. Hic denarius decimus, quem inueni, gaude & gratulare mecum. Has ego in manus tuas commendo, pro quibus trados meum. Ex manibus tuis nunquam excidant. In manu tua iustorum animæ sint, non tangat illos tormentum malitiæ. Abstergere ab oculis eorum omnem lachrymam. transeat priora, nec iam sit luctus, nec clamor nec vllus dolor: non vrgat deinceps super eos puteus os suum.

Luc. 17.

Pater vitæ, qui aperis manus tuas, & imples omne animal benedictione, ne retrahes eas à me filio tuo, cõplicitibusq. meis, qui & ipsi inter filios tuos computati sunt: sed suscipe, serua, foue, inq. gaudia tua sursum trahere, benedic, corona, exalta. Eam sanè obrem in voluntate tua consensens ego tibi, strenue vitam meã pono & offero, & o pater in manus tuas commendo spiritum meum.

Docemur hoc verbum, vt omnia Deo accepta feramus: item vt nos omnia nostra Deo commendemus. Præterea, vt perseue remus vsq. in finem. Solus enim finit & perseuerantia probat opera. Sola perseuerantia in manus Dei spiritum tradit, sola legitimè certat, sola coronatur. Quæ enim virtus aut laus est, tantum incipere? Quis arborem toleret, quæ tantum germinet aut floreat, nullosque maturos

proferat fructus? Quid ignauius quim domi se loricate, & quum in pugnam procedat, arma abiciere? Quid stultius & magis ridiculum, quim magnis sumptibus fundamenta domus iace- re, parietes erigere, & tectum nō adicere? Quid profuit diu nauigasse, & in portu se submergere? Quid profuit oleum emisse, & sponso veniente, in terram pro fundere? Quid profuit ad tempus feruentiorum fuisse, ad cœlos ascendisse, inter sidera nidum suum posuisse, ambulasse inter filios Dei, in medio lapidum ignitorum, iterum tamen descendere vsque ab abyssis, & in malis obstupescere, & ex angelo iuvene, in decrepitu senescere diabolum? Memorto igitur, qui vsq. in finem nos dilexit, & in finem vsque in cruce perseuerauit, neminem exiam saluaturum, nisi qui ad finē vsq. perseuerauerit in bono, hoc est, in imitatione suæ crucis.

Ceterum post prolongationem vltimi huus verbi, Christus Dominus noster inclinato capite tradidit spiritum. Caput inclinatum, quasi valefaciens mundo. Itemq. per hoc nos etiam consolari vult, vt sciamus eum non auriem à nobis. Signanter autem non dicitur mortuus esse, sed Ioan. 10.

tradidisse spiritum: quia potestatem habuit eriamdè animam suam. Deinde etiamdè dicitur tradidisse spiritum, vt sciamus animas nostras carne solutas, tanquam in manus charissimi patris, diuine bonitati commendari: Id q. summè nos consolatur.

Sic igitur innocens Abel, à fra- tre occisus fuit: Sic Isaac immola- tus. Sic Ioseph ab adultera pallio carnis spoliatus, ad patrem

Gene. 4.

refugium nudus aufugit. Sic sumus sacerdos noster, sacrificium vespertinum consummauit. Sic vita mundi mortua est, origo veteris luminis extincta est: sic fons omnis vitae, in quo omnia viuunt, defecit, ut morti obnoxios libera ret. Sic caeleste illud conubium sanctissimae animae carnisque mundissimae, per gladium mortis dissolutum est, ut nos damnati reuo caremur ad indissolubilem viciem beatitudinis fuae. Sic organum diuinatis, cithara veri David, dulcissima vox Iesu conuenit durae mortis violentiae. Sic caelestia illa lumina oculorum gratiosissimi orbis obcurantur in morte. Sic pedes sacratissimi sapientiae aeternae & thesaurorum gratiae contentium, priuatur vita. Sic tanto pretio, quo inter creaturas nihil maius, peccata nostra redemit: Sic patri, tali obedientia usque ad mortem, pro nostra inobedientia satisfecit. O quantus dolor, ubi illa sanctissima anima, corpori sanctissimo in dissolubili vinculo dilectionis vnita, ab eo debebat violenta morte separari, & illa vita sanctissima mori. Nunquam mors vlla fuit acerbior, quia nullus tam perceptiliter eam perferat.

¹ Vae igitur tibi impia synagoga, quae omni fera crudelior, vitam deuorasti Iesum, qui tibi pater & sponsus & paterna pietate transmissus fuit.

² O quam dura erit accusatio tua, laceratio corporis Christi. Sed & vae tibi cor ingratum, omni lapide durius, quod ad tantum periculi recordationem non scinderis: quum distinxerit requiererit sanguis ille innocens a te. Hic igitur o homo, o genus Adae: tunde peccata tuum, hanc mortem con-

sidera. Hic summum bonum pendere in cruce. Hic nudam se videri finit aeterna sapientia. Hic lignum portat thesaurum & precium totius mundi. Hic moritur pro filio Dei, o peccatores. Hic inquam moritur filius Altissimi, rex caeli, & Dominus terra: & moritur in cruce ut malefactor, in medio laetrum, in summa miseria & angustia & ignominia. Ad haec tam indigna, o filii hominum, nos perduximus iustum hunc. Peccata nostra, causa fuerunt magnae huius passionis. Hic verificatur verbum sacramenti, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic est sanguis meus, qui effundetur pro multis in remissionem peccatorum. Hic iam intelligis, quid sibi voluerit Christus his sacrosanctis verbis, quando omnia hic oculis videtur. Hic fundatus est aeternus sanctissimae fidei dei nostrae. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Haec cogita homo, haec cordi imprime, ut experiantur interiora tua, quomodo nos homines, nos peccatores huius mortis reifimus. Nos inquam oportebat in cruce pendere, & mori, imo in inferno aeternaliter comburi. At piissimus ille Dominus noster in medium veniens, dixit: Ego in cruce pendebo, & moriar pro omnibus hominibus. Me accipite, me percipite ut passorem, a uos autem dimitte. Ego solum quod non debeo. Ego aliena debita in me recipiam. Ego omnia complanabo. Ego pacem restituiam, & omnia ad bonum finem perducam. Hic cogitate fideles. Placere vobis, imo magni estima te hoc Christi ministerium. Haec enim mors, est vita nostra. Sic mori, nobis est viuere, mortem euadere.

euadere. Haec infirmitas, virtus & fortitudo nostra est. Haec vulnera & luores, sanitas nostra sunt. Haec maledictio, est nostra benedictio. Haec ignominia, est nostra gloria. Haec crux est caeleste palatium nostrum. Hi clauis, salus nostra sunt. Leuate corda vestra o fideles, leuate corda in considerationem mirabilium horum. Ortum fuerat bellum inter Christum & diabolum. pugna facta est, victoria parta per Christum. Agamus igitur gratias ei, qui per immensam charitatem suam, nos tam laboriose redimere voluit.

¹ Circa hanc autem expirationem Christi, primo vides verum esse quod in Ioanne praedixit: Potestatem habeo ponendi animam meam.

² Secundo vides hic, Dei opera esse contra rationem, Quis enim audiens Christum esse filium Dei, videns quae tanta eius miracula quae prius fecit, credere vnaquam posset, Deum vsque ad impios conuere, ut tantum virum trucidarent? Rursus, quis videns hunc tam turpiter mori, crederet veram vitam initium suum habuisse? Sed haec est antiqua Dei operum consuetudo, ut sub alieno & aduerso opere promoueat. Volebat quidem Deus ingentes ramos ex hac Christi arbore producere. Volebat Ecclesiam edificare & viuificare. Accipit igitur alieni ad vitam opus, quod est mors Christi, & expressit Ecclesiam viuificauit. Ipsi pertinet illud. Nisi granum frumenti mortuum fuerit, nullum fructum afferet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet. Non apparuit quidem tunc Christo adhuc in ligno pendente, Ec-

clesiae edificium, nihil enim hic vides nisi mortem & sepulturam, quem admodum necinitio semens apparere futurum fructus. Sed vt astitit tempore fructus sementis erumpit, ita post resurrectionem ex arido Christo prorupit vicia Ecclesiae.

Tertio, circa expirationem Christi diligenter cogitandum, quae nos supplicia mansura sint, si in impietate perseueremus: quandoquidem Deus innocens filium propter peccata aliena tam inclementer traditari permiserit. Filix Hierusalem, inquit, nolite flere super me, sed super vos, id est, ex meo supplicio discite quid vos committi sitis. Si hoc in eis fonte sit, quid vobis fontibus fiet? Sequitur Textus:

Et ecce velum templi scissum est medium in duas partes, & summo vsque ad iunam, & terra mota est, & petrae scissae sunt, & monumenta aperta, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt: & egressi est monumentis post mortem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.

Haecenus vidimus infirma Christi. Nunc eius maiestas se prodicit, ac ostendit, quis, qualis & quatenus sit, quae pedit in ligno. Hic igitur considera, quanta signa in morte Christi facta sint. Ea enim signa probat & ostendunt iustitiam & innocentiam Christi, simulque arguant

guū dura corda infidelium, Nolabant homines turbari ob mortem huius hominis, & ecce turbantur elementa. Dura saxa hic emolliabantur, imò rumpebantur: et tu carneum cor in lapidem mutaris, stas & nihil moueris ad passionem Domini tui? Sunt qui dicant gaudendum & ridendum esse in passione Domini. Reuera non erat tempus ridendi Hierosolymitis eo tempore, cum caelum & terra adeo mouerentur super morte Christi. Merito quidē deinceps gaudemus de salutarī morte Christi, vt per quā ab æterna morte redēpti sumus. Nihilominus tamen eadem passio nos afficere & mouere debet vt homines, nisi omnino inhumani simus, & non ab hominibus, sed ē faxis geniti. Vt interim tacem, non admodum magnū nobis gaudium esse posse, si consideremus causam miserabilis huius mortis, nepe peccata nostra, quæ merito in hac passione Christi, quam amarissimè desendenda sunt.

Cæterum omnia hæc signa, quæ hic describuntur, terribilia sunt in & extra templum, ac manifestè ostendunt iram Dei super iniustitiam totius mundi, ad quam delendam summa mactas vniuentium filium suum in mortem tradidit. Hoc quia homines nolebant, ideo elementa loquuntur. Si hi tacuerint, inquit, lapides clamabant. Deinde a passione Christi, magnam Deus in mundo volebat facere mutationem. Eius igitur mutationis præludium erant hæc signa. Primo, inquit, velum templi scissum est: in signum, quod per mortē Christi reuelata sunt sancta sanctorum, quod per Christum aditus nobis patet ad

Deum, quod via ad templum Dei patefacta est, quod gladius flammæ ad paradiso remotus est, quod dura sunt quæ nos à Deo separabant, quod patefacta sunt quæ clausa & occulta erant, nempe genes esse coheredes Iudæorum, & participes & cōcorporales &c. quod denique omnes vmbræ cessarunt & figuræ ipsaque veritas iam splendeat. Velum itaque templi scissum est: Nunc iam videre possumus in sanctuariū, quod antea hoc velum prohibebat. Mystera regni Dei, quæ in veter. test. occulta & velata erant, nunc ad lucem venerunt per Christum, qui lumen venit in hunc modum. Deinceps igitur etiam genes possunt videre mystera Dei, hoc est, Dei verbum & veritatem agnoscere & discere, quando velum scissum est, & nihil amplius prodest Iudæis. Vtinam & velum illud quod super Iudæorum corda est, spiritualiter etiam scinderetur, vt scripturam veraciter & audire & intelligere possent: Imò vt & ipsi agnoscerent Iesum Christū, Originæ hic dicit de duplici velo, quemadmodum & Paulus, quo. Hebr. 9. rum primum quidem scissum & ablatum est, secundum autem adhuc manet, & tegit ea quæ in futura vita videbimus. Nam hic ex parte tantum cognoscimus tunc autem cognoscemus perfectè. Primum inquam velamentum ablatum est: ideo multa de Deo scire & videre possumus, quæ prius latebant. Secundum autem velum manet: ideo pro tempore hoc non possumus perfectè cognoscere quæ Dei sunt. In summa, Moyses & Prophetæ iā lucidi sunt & elarificati

Eph. 3.

Aggi 1.

3.

1. Cor. 13.

Hebr. 9.

1. Cor. 13.

PARS QVARTA. 277

effici. Cæterum secundum historiam, velum templi scissum est. Ideo Romani potuerunt intrare, quod & fecerunt. Iudæorum pontifices scindebant vestimenta sua, cum impiū aliquid aut blasphemum audirent. Hoc nunc hic etiā facit templum Dei, in eo quod vestem suam scindit, quasi stupens & indignans ad iniurias: Christo illatas. Secundum scissum erat commotio terræ, quasi horrentis super tale flagitium fieri, & indignantis super impietatem Iudæorum contra communem omnium creatorem factam. Simul autem præsignauit omnem terram commouendam esse ad prædicationem Apostolorū quæ admodum in Agge ego inquit, commouebat caelum & terram, & veniet desideratus cunctis gentibus. Tertium signū erat scissio petrarum. Hoc adhuc maius fuit. Nam terræ motus spē facti leguntur, nunquam autem scissio petrarum hoc autem factum est ad reprehendēdā oblationem & duritiam Iudæorum. Præsignauit autem, vel prophetarum scripta in aduentu Christi ita scissa, vt omnibus videre liceret, quid intus in se haberent. Vel potius significauit, corda gentium dura scindenda esse, vt semen verbi Dei suscipere possent. Verbum enim Dei & virtus diuina omnia penetratura erant, quantumcumque firma & dura essent, Quarta si gnificauerat resurrexio aliorum mortuorum. Et hoc omnia præcedentia excedit. Et in hoc species quidam Dei virtus videbatur. Hi mortui audierant vocem filii Dei cum clamore spiritum emittentis. Ipsorum sepulchra hoc clamore aperta fuerunt, vt mortui

qui iam viuabant, iterum exire possent: non tamen ante, sed post resurrexionem Christi. Ille enim erit primogenitus mortuorum, & primitiæ dormientium. Per hoc autem præsignatum fuit, quod per solam Christi mortem spes resurrectionis nobis data est, & quod suo tempore omnes homines resurgent. Signanter autem addit Euangelista, quod qui sic resurxerunt, uenerunt in Hierusalem, & apparuerunt multis, ne quis putet phantasma & illusionem fuisse. Præsignatum & per hoc fuit, multos peccatores resur reūdos ē peccatis & morte animæ ad nouam vitam, ita vt postea vidēdi essent in sancta Ecclesia, exercentes opera vitæ & spiritus dei, operanti gloria. Quibus alii permori glorificarent patrem. Sepulchra igitur aperta fuerunt, in signū quod morte Christi mors absorpta fuit. Sic enim prædixit per prophetam: Ero mors tua o mors &c.

Sic igitur vides, quod Christo morienti omnis creatura compatitur. Sola Iudæorum dura peccata manent, quos imitauerunt etiam nunc peccatores oblati, qui tunc signa auditis, cum per peccata sua filium Dei crucifixerint, nondum tamen timent, nō scinduntur: tantum abest vt resurgant & confiteantur. Deinde vides hic, quod Christi gloria vel glorificatio, statim a morte incipit: & nostra glorificatio a morte incipit: & qui nunc in hac vita despecti videntur, tunc gloriosi apparebimus, id quod in Lazaro mendico apparet, qui in vita omnibus hominibus abominabilis erat post mortem tamen ab angelis deportatus fuit in sinum Abraham.

Obseruandum autem, quod septem

Rom. 6.

Mat. 5.

Osee 13.

Luc. 16.

seprema signa in morte Christi facta sunt quæ adhuc etiã in quolibet iustificando concurrunt. Sol enim in medio die obscuratus fuit velum scissum, terra mota, petra scissæ, sepulchra aperta, mortui surgentes, & gẽiles cõfiteutes. Hæc inquam semper etiã nunc sũt, & fieri debent in peccatore. Primum enim oportet vt ei mūdāna dispereant, duplicat̃ & ex oculis remoueantur: hoc est tenebras fieri, quidõ iam mūdāna res nec color, neque lucẽ habeat in oculis eius. Secundo interna reuelari oportet, id est peccata videre, propriã agnoscere fõditatẽ: hoc est velũ scindi, sub quo talia abscondebantur peccata, vt nõ apparerẽt turpitas. Tertio, tunc timendũ & stupendũ a facie turpitudinis peccatorũ & cõscientiã: hoc est terrã moueri, quia nemo timet, nec mouetur in cõscientiã, nisi peccatum videat, citiũq; granitatẽ. Quarto sequitur scissio petrarũ, conuictio scilicet, odium & displicentia peccati: & qui prius petra fuit, iam scinditur, rumpitur, & sic petra dat aquas fetidas & lachrymarum. Quinto sepulchra aperiantur, quando os scilicet ad cõfessionẽ aperitur, & reddit manifestũ quod erat occultum. Sexto exire oportet per absolutionẽ, & venire in ciuitatẽ Hierusalem, id est, sanctam Ecclesiam, eique rursum spiritali vita reconciliari. Postremo, ore & opere cõfiteri & testari, quod Christus est filius Dei, quemadmodum Centurio fecit, de quo subditur.

Centurio autem qui ex aduerfo stabat, & qui cum eo erant, custodientes Iesum, videtẽs quod

sic emissio clamore expræsisset, visoque terræ motu & his quæ facta fuerant, timuerunt valde, & glorificauerunt Deum, dicẽtes: Verẽ hic homo iustus erat & filius Dei. Et omnes turbæ eorum qui simul accesserant ad spectaculum istud, & viderant quæ cõtingebat, percutiẽtes pectora sua, reuertebantur. Stabant autem omnes nori eius procul, & mulieres quæ secutæ erant eum a Galilæa, hæc videntes: intrerant quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Iosephæ mater, & Salome mater filiorũ Zebedæ: quæ etiam, cũ essent in Galilæa, secutæ fuerat illũ, & ministrauerat ei, aliãquẽ cõplures, quæ simul accesserant a Galilæa ad Hierusalem.

Hactenus de signis, quæ in morte Christi cõtingerunt: Nunc quid fructus inde secutum sit, describitur. Primum enim Centurio cum suis, qui nimirum Romani erant, per hæc ad fidẽ conuersi, Deum glorificant, & Iesum crucifixum, cõfiteri esse iustũ & filiũ Dei, atque adeo innocenter occisum. Et quid mirũ? Tantine miracula

quæ

quæ in cælo & terra & templo & mortuis fiebant, nihil fructus facerent? Beati igitur qui scrutantur miracula eius, quod si Christus hæc posuit in morte sua facere in elementis, quid posuisset in suis crucifixoribus? Quis Iudeorum hic aliter dicere potest, quã quod Deus hic se manifeste ostenderit? Magna erant vetera ipiorum miracula in Aegypto, in mari rubro, in monte Sina & deserto. Verũm ad ea conser, quæ hic fiunt in morte Christi, & quæ in Resurrectione eius, (quæ summũ erat miraculum) itemque quæ post per quadraginta illos dies & in Ascensione & spiritus sancti missione facta sunt, videbis longẽ insigniorem & gloriosorem fuisse exortum Noui testamẽti, quã vetus illud habuit. Centurio cum suis nõ aliter iudicare poterant, quã omnia hæc signa propter Iesum hunc facta esse. Ideo & innocentiam eius excusant, iustum eum pronunciant, & non talem qualem Iudæi eum fecerant accusationibus suis, qualesquẽ Pilatus damnauerat, imò quod maius est, cõfiteri ipsum etiã esse filium Dei, quod ex signis iis dicerant. En hoc crediderunt gentiles, qui neque legem, neque prophetas habebant. Deinde populus qui ad hoc spectaculum conuenerat, (sic enim verẽ Christus ius suis factus est spectaculum coram mundo, imò signum & portentum, vt Isaias ait) percutiebant pectora sua, & reuertebantur, quasi dicerent: O Deus, quã mira & noua hodie vidimus, & audiuimus? Verẽ verẽ hic nosster Messias erat. O quã impiẽ in ipsum egimus, cui omnem honorem debebamus? Hic innocens sanguis requiretur a nobis & generatione

nostra. Hic igitur impleti est quod Christus prædixerat: Cum exal. Ios. 10. 8. raueritis filium hominis, tunc cognoscetis quod ego sum, scilicet Messias vester, &c.

Hic igitur vides, quod pro veritate moriens, maiora facit mortui, quã dum viueret. Si Christus plures in morte conuertit, quã in vita. Semper enim clamat sanguis eius: quod fit, vt electi qui per ignorantiam pios discredunt, misericordiam consequantur, reprobis autem damnentur. Stabant autem & noti eius, maxime ex Galilæa mulieres, hæc diligenter videntes, nihil enim tale sperauerat, & iam præfragiebat animus lætiora sequutura post tam tristem tragediã. Stabant autem a longe propter timorem, vt impleteret scriptura: Elongasti a me amicum & proximum, & notos meos a misericordia. Et iterum: Fratres meos longe fecit a me, & nori mei quasi alieni recesserunt a me. A longe stabant, sed tamen videbant, considerabant. Dignum enim erat spectaculum, ad quod videndum omnis mundus accedere debebat. Quis autem dolorem explicabit sanctarum mulierum, in primis matris virginis, cum viderent tam ignominiosẽ pudentem, propter quem tanta fecerant, & cum eodem in Galilæa, sed etiam in Iudæa ministrauerant? Laudanda autem sunt, quod nullo nec Iudeorum nec Romanorum timore prohiberi se passæ sint a sequela Christi, nec magis a mortuo, quã in viuentẽ duelli se pariebantur. Hoc nimirum est, & bona & mala cum amicis communia habere. Fugerant discipuli, sexus muliebri perfessit, reparare volens quod in paradiso

Psal. 87.
Iob. 19.

radiso tam male egerat cum toto genere humano. Et quia sanctae mulieres sic persistebant, & sanctae passionis sine videbant, dignae etiam factae fuerunt, quae primo resurgente Christum viderent. Postremo erant cum mortuo, & prima cum viuentis Christo. Multa bona ex iis mulieribus patrum ho mo discit &c.

Iudaei ergo, quoniam parascuee erat, vt non remaneret in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus ille dies sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerent eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem frangerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderent cum iam mortuum, non frangerunt eius crura: sed vnus militum laeae latus eius aperuit, & continuè exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius. Et ille scit quoddam vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt enim haec, vt scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et rur-

sus alia scriptura dicit: Videbit in quem puperunt.

De morte Domini Iesu, & quomodo ea ipsa à mulieribus Galilaeis deplorata sit, satis audiui- mus: restat ipsius sepultura, quae Iudaei quidem attentabant, verum Deus eam sanctis & piis hominibus referuauerat adimpledam. Erat ipsa dies, quae haec facta erant, parascuee, id est, praeparatoria dies ad sabbatum sequens, quod dicebatur sabbatum Paschae, quia intra hebdomadam Paschalem inciderat. Vnde & celebrius habebatur, quam alia sabbata, Hoc Euangelista quoque ostendit, cum dicit: Erat enim magnus ille dies sabbati. Dupliciter enim festiuus erat, tum propter sabbatum, tum propter hebdomadam Paschalem, quae tota festiuata erat. Instante igitur hoc sabbato, indignum videbatur sanguinaris illis, sic corpora occisorum ante portas omnium oculis opposita essent. Ne igitur festi religio iam lugubri spectaculo obnubilaretur volebant vt ante exordium festi quouomodo tollerentur. Verè peruersa & praepostera religio, quod intendat festum tam sancte celebrare, cuius profectum tanta impietate inquinauerant. Volebant legem seruare, & iam Dominum legis occiderant. Lex autem quae iam teneri volebatur haec erat: vbi Dominus praecipit cruci affixos eadem nocte sepelire. Haec lex vel maxime propter Christum data erat. Propter Iesum enim vbi tunc crucifigebatur, lex digito Dei scripta, omnibus crucifixis, vt sepelirentur eadem die, prouidit: cum de aliis qui vbi occiderentur, nihil tale mandatum esset.

esset. Et poterat quidem Deus corpus Christi etiam inssepulchro, custodire à quacunq; ignominia vel violentia. Verum sic expediebat corporibus sanctorum, vt eis hoc corpus huius mortui coniungeretur in sepulchris per quod resurrectionem consequi possent. Nam sicut animam Christi ad inferos descendere expediebat, ad liberandas animas patrum: sic & ad corpora eorum corpus ipsius peruenire oportebat, vt illa resuscitaret, siquae perfecta resurrectione sperari possent. Hae igitur leges nunc praetendunt impij. Iam & religione festi cogitat, quasi haecenus omnia rectè fecissent. Sic enim hypocritae solas caeremonias attendunt, interim maiora iustitiae relinquunt, a comnia sibi salua esse putant, quantumcunque peccent, dummodo caeremoniarum nihil relinquunt. Sic hic legem illam quae tantummodo ciuitatis & humanitatis erat, summo studio obseruant, interim totam alio qui legem praeparant. Quis autem hos non sanctos dixisset? Quis potuisset ex tanta illius legis obseruantia suspicari, ipsos Christum contra legem occidisset? Verè sic solet hypocritas suas palliare impietates.

Hanc igitur legem, simulque religionem festi praetendentes, Pilatum accedunt: rogant vt ante vesperam corpora occisorum tollerantur, & ne quid obstat, vt iubeat praeses ossa eorum cõfringi, vt citius morerentur. Hoc praetendebant coram Pilato. Verum illi ipsos mordebant. Timebant ne propter signa quae fiebant in morte Christi, populus facti penitens, crederet in Christum, audiebant enim tunc varia hominum iudicia de Christo propter miracula.

Ideo tollere & sepelire cum festi nant. sperant enim omnem eius memoriam perituram, si ab oculis hominum tolleretur, neminemque amplius futurum, qui necem tantum hominis illi exprobraret. Sed frustra laborant. Nec enim vel Christi gloriam, vel suam infamiam occultare poterunt.

Ceterum impij ab impio iudice facile impetrant quod volunt. Adsumt etiam milites Iudaei gratifrustra laborant, & pendentibus latronibus crura confringunt, iamque etiam percussuri erant Christi corpus, cum vident eum iam mortuum esse: quae res ipsos reprehendit, non misericordia. Nec enim vnus erat, vt super dolore verum etiam quicquam apponeret, in quo iam sensum nihil restabat. Sicut autem Christus quantum mortuus sit, ossa tamen eius non confringuntur: sic pii affiguntur quidem, sed non perduntur: & quemadmodum omnes capilli eorum numerati sunt, sic & omnia ossa eorum custodiuntur, vt nihil illis accidere possit citra bonam Dei voluntatem. Ideo autem Christus crura sibi frangi noluit, quia ossa quae in scripturis mystice virtutes & fortitudinem significant, nihil nobis mysterij predicantur in eo quod frangerentur. Sed contra in eo quod crura illius integra permanserant, illud nobis significatur, quod vnuerse viae eius (quae per crura designantur in Canticis) rectae & inuulnerabiles sunt.

Ceterum quantumuis causam non habent confringendi ossa Christi, vt qui iam mortuus esset, vnus tamen milium Iudaeis gratificari volens, lancea latus eius perfodit: quod tamen ipsi à Pilato commissum non erat. Ceterum et etiam

eciam hoc, Deo disponente, factum est: cum vel scriptura Zachariae, quae paulo post creabitur, vbi periretur: vbi figura dormientis Adae experimeretur, cui dormienti costis ablata, in mulierem formata fuit. Signaret autem latus Christi non vulneratum, sed apertum fuisse dicitur: vbi sciamus nobis viam apertam esse ad cor Domini. Hoc enim est refugium nostrum, vt in caernam huius petrae nos abscondamus. Ille enim, & non alibi, tui erimus. Item a periculo huius lateris, significat apertam nobis esse ianuam vitae, vnde sacramenta nobis profuērunt, sine quibus nemo ad veram vitam peruenire potest. Sicut enim ex latere Adae dormientis formata fuit Eva, sic ex latere Christi in cruce morientis formata est Ecclesia. Ideo & hic dicitur, quod transiit latere Christi, continuo exiit sanguis & aqua. Hic autem effluxus & miraculosus contigit, & magnum mysterium praesignificauit. Sanguine enim redimimur, aqua abluiamur. Tam redemptionem igitur quam abluitionem nobis attulit mors Christi. Obseruandum autem, quod nec solus sanguis, nec sola aqua exiit. Nichil enim posset aqua sine sanguine, nec quicquam profecisset redemptionis esse, si permaneremus quales prius eramus, & non etiam ablueremur. Vt ergo esset vnde a peccatis lauaremur, aqua quae corporales tantum abluit sordes, sanguini qui est precium nostrae redemptionis, sociata est, & ex eius societate virtutem sumpsit, vt ad abluendas inuisibiles sordes peccatorum digna sit sancto cooperari spiritu. Hoc est quod propheta praedixit: Erig fons vitae, domui Dauid, in abluo-

zech. 13.

nem peccatoris & menstruat, vbi per peccatorem intelligitur gentis populus, per menstruatam autem Iudaeiam, qui in legem peccauit. Sanguis igitur & aqua, duo certissima fidei nostrae & Ecclesiae sacramenta sunt nempe Misera & baptismus. Sanguis effusus est in remissionem peccatorum, & baptismus institutus est in remissionem peccatorum. Tam magna salus ex hoc vulnere Domini nobis profuexit. Per hanc enim duo Ecclesia adificata est. Nam per aquam regeneramur, sanguine nutritur. Vel aliter duo haec, sanguis scilicet & aqua, significant & vitam & consolationem nobis in passione Christi profuixisse. Sanguini enim inest vita: & aqua in scripturis plerumque consolationem significat. Confirmatur igitur hic non solum dum viuimus, sed etiam dum morimur, vt credamus & in morte vitam esse, & vitam nostram in Deo absconditam esse. Merito igitur hic exclamant Augustinus: O mors, vnde mortui reuiuiscunt. Quid isto sanguine mundius? Quid vulnere isto salubrius? Cur autem hoc factum sit, vt & Christo ossa contrada non sint, & tamen latus eius apertum fuit, Ioannes duo testimonia adfert: Alterum ex lege, Alterum ex prophetis. Primo autem suo ipsius testimonio affirmat haec ita se habere, ne cui ineredibile videretur, quod dixit de effusione sanguinis & aquae ex latere Christi mortui. Est enim contra naturam, quod sanguis & aqua profuēt ex latere hominis mortui. Ideo Ioannes se vidisse asserit. Quod autem verum sit testimonium eius, patet ex eo quod non tantum gloriosa, sed etiam humilia de

de Christo haecenus scripsit. Alia autem duo testimonia adducit, vt in ore duorum aut trium testimonium stet omne verbum.

Deut. 17.

Testimonium legis est: Os non comminuetis ex eo, neque ex agno pachali. Et quis est ille agnus, nisi crucifixus & immolatus in cruce Iesus? Hic enim est pascha nostris, vt Paulus ait. Ex hac autem citatione manifeste patet, Ioannem non tam historiam voluisse recitare, quam monere quod significat haec historia, quod scilicet hic Iesus verum pascha fuit, per agnū legalem significatū. Iam verò & haec scriptura etiam nos confirmat, quod scilicet ossa agni paschalis non confringuntur. Potestas siquidem tenebrarum scire quidem potest in Christum carnis, vt vitam & gloriam ei eripiat coram mundo. Porro ossa, id est vitam & gloriam coram Deo eripere non potest. Idem sit in omnibus sanctis, scilicet impij quantumlibet volunt, tamen ossa piorum non conterent, id est nulla vita tanta erit, quam fides non sustineat. Et enim virtus Dei ad saluandum omni credenti.

Rom. 1.

Zach. 13.

Testimonium Alterum est Zacharia sumprum est: Videbunt, inquit, in quem transfixerunt. Et hoc quidem primam ad pios referunt, qui Christum crucifixum intuentur, & cognoscunt se peccatis suis ipsam commisisse. Huc pertinet & illud eiusdem Zachariae: Adspicite, inquit, in eum quem confixerunt, & plangent eum quasi planctu super vniuersum &c. Potest autem locus hic citatus, etiam ad impios referri: & tunc eadem erit sententia cum eo quod alibi dicitur, Mea est vindicta, & ego retribuam. Cum enim vltio diuina in longum se differat vo-

lunt dominus iis & similibus verbis ostendere impios quidem in hoc mundo praualere, & sapiores esse. sed ita, vt suo se iugulent gladio.

Quo magis enim in suis conatibus prosperantur, eo iustitiam suam causam arbitrantur. Excitati igitur, in grauissimum Dei iudicium trahunt. Quomodo enim in somno accidere solet, vbi quis somnians pugno se hostem pertere excitat, autem, scit quod se ipse ipsius pugnis percussit: ita qui pro iniuriis infert, videtur quide esse superior, vel propter pium humilitatem, vel propter quod vltio in longum differatur. Si verò rem probe consideres, suo se gladio ferit.

Pharaon Israelitis oppressit: at si uerius loquaris, eo factio seipsum oppressit. Saul Dauidem perirecussus est: at uerius dixeris, quod Eccle. 47. seipsum eo factio persecutus sit. Iudaei Christum transfixerunt: at reuera sua ipsorum corda transfixerunt, iuxta illud: qui in altum mittit lapidem, recidet in caput eius. Videbunt igitur impij in quem confixerunt, nempe quod non iustos, sed seipsos occiderunt & damnarunt. Sequitur.

Post haec autem cum uespera esset, quoniam erant parabae, quae praecedat sabbatum, uenit Ioseph Arimathiesis vir diues, senator bonus & iustus, qui non consenserat consilio & factis eorum. Erat enim & ipse expectans regnum Dei. Nam

t a & di

& discipulus erat Iesu, occultus tamen propter meritum Iudæorum. Hic sumptuofa dicitur, ingressus est ad pilatum, & petiit ab eo, vt tolleretur corpus Iesu. Pilatus autē admiratus est si iam mortuus esset. Et accersito ad se Ceterione interrogauit illum an iam mortuus esset. Et re cognita ex Ceterione, donauit corpus Iesu ipsi Ioseph. Et Ioseph mercatus est sindonem. Venit autem & Nicodemus, qui venerat primū ad Iesum nocte, ferens mixturā myrrhæ & aloes ad libras ferme centum.

Aderat tempus vt sepeliretur corpus Christi. Non tamen videbatur, quenquam hoc facile ausu propter tabiem Iudæorum. Et ecce hic se offerit quod quasi ex improbitate, verum nō sine Dei consilio & præordinatione. Diligenter autem Euangelistæ describunt & personam vtriusque, & studii in sepeliendo Christo. Erat enim & est res, vt non sine periculo, sic notari dignissima ad exemplum nostrum.

Primus igitur, Ioseph dicebatur, à ciuitate Arimathia oriundus, vnde & Heleana in libris re-
x. Re. i. gum oriundus fuit. Erat autem hic Ioseph & honestus & iustus & diues, quæ tria pulchrè quidē

simul stant, verum rarō simul inueniuntur. Nicodemus non tanta laude hic insignitur, quia aliās in Euangelio eius nō semel mentio fit. Fuit autem hic, legisperitus ille autē, nempe Ioseph, senator. In hoc cōcordabant, quōd vterque Christi doctrinam amabant, eam que verbum Dei esse iudicabāt: malebant tamen occulte, quim publicè discipuli Christi esse. Hæc nimirum in ipsis fecerunt & diuitiæ & gloria, quibus præliis conspicui erant, quos relinquere nolebant, eam tamen interim nec doctrinam Christi abiciere cogitarent. Quōd autē vterque Christum dilexerat, facta ipsorum probant. Nam & Nicodemus olim Christum defenderat in concilio Phariseorum. Et Ioseph apertè nolebat consentire in necem Christi. Fuerunt reuera iusti homines, magnis donis nature præditi, in quibus & spiritus Domini iam scintillabat: quōd vrinam multi nunc similes essent in conciliis, eo mitis, conueniens, capitalis, qui malis obstitere, & vel id facerent, quod duo illi fecerunt.

Diligenter igitur consideranda sunt hæc duæ personæ. Hic enim primò videmus, quōd nullum tempus tū malum est, quin Dominus suos seruet & liberet, & saltem aliqui boni remaneant. Sic tēpore Helix cum omnia plena essent idolis & falsis cultibus, referarar tamen Deus sibi septem millia viros, qui nō cur uauerant genua ante Baal. Ita & mortis Christi tēpore omnia plena erant scandalo, impietate & diffidentia in Christum, Alii enim impiè conuiciabantur, alii abnegabant. Alii scandalizati de ipso tam turpiter mortuo, nihil amplius boni vel suspicabantur
de

de ipso. Duo autem illi Ioseph & Nicodemus, produnt se hoc loco, qui nihil mori aliorum vel impietate vel diffidentia, in fide persistunt. Admiranda certè horum fides fuit, id quod ex antithesti manifestum sit. Ambo erāt diuites, ambo potētes, ambo iusti coram mundo habiti. Hic senator, ille Pharisæus. Omnia tamen hæc, diuitiæ, potentia & estimatio, itēq; dignitates mundanæ ab ipsis negliguntur, & vt Christo etiam mortuo inferuāt, periculo exponuntur. Quis hoc huc coegit? Num amicitia in Iesum? At amicitia ciuilis tantum vsque ad arces durat. Sola igitur fide huc perducti sunt, quæ tantæ est potentis, vt credentē abstractat ab omnibus sensibilibus, & imponat insensibilia. Sensibiles res erant diuitiæ, potentia & senatoria dignitas. Sed fides hos ambos ab iis rebus auulsit, in æternā potentia & diuitias collocauit, Eandē fidei energiam videt in Abrahamo, qui patriam, opes paternas, & amicos reliquit, ac incerta & inuisibilia, quæ Deus promittebat, secutus est.

Hæc igitur fide insignitæ & confortatæ Ioseph, constanter adiit Pilatum, & ausus est petere corpus Iesu, quod nullus discipulorum ausus fuisset petere. Diuina autem volente & agente gratia, Pilatus facile concessit. Nam inuitus Christum morti adiudicauerat. Prius tamen interrogat Ceterione, num Christum iam mortuus esset. Non enim facile credebat, Christum tam etō obitū, cum alii sepe in alterū vsq; die crucibus suffixi, viuere soliti essent. Et quia tū tardè moriebatur, solū hū erat ipas crucifixis assignare

milites, qui ipsos custodirent, ne scilicet quoquo modo elaberentur: quod & hic factū esse, Euangelistæ testantur. Cæterum necessitabat Pilatus, quōd Christus habere potestatem ponendi animam suam. Ideo miratur quōd tam citò obisset.

Nec solim personas horum duorum describunt Euangelistæ, sed etiam vtriusque studium, & quid quique apporrit ad sepeliendū Christum. Ioseph, inquit, mercatus est sindonem, Nicodemus autē mixturam myrrhæ & aloes quasi centum libras. Commendatur hic Nicodemus alijs in Euangelio, q̄ ad Christum nocte venerit, & quōd ipsum coram pharisæis defendit. Bene igitur inceptū opus feliciter conueniat. Voluit autem Christus gloriosam habere sepulturam: Primò, quia satisfactum erat pro peccato hominis, & iam tempus erat vt gloria eius inciperet. Secundò, vt scriptura impletetur, quæ dicit. Et erit sepulchrū eius gloriosum. Terziò, vt sciamus, à morte incipere gloriam nostrā. Nam mundanorum gloria finitur in sepultura, Quarto, vt sciamus legitimè certantibus certam repositam coronam post pugnā, quemadmodum Paulus dicebat: Bonum certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus iustus iudex. Sequitur:

Acceperunt autē corpus Iesu depositū, & inuoluerūt illud in sindone mūda, obuinxeruntque linteis cū aromati-
bus

bus, sicut mos est ludæi sepelire. Erat autem in eo loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum Ioseph noui, quod ipse sibi exciderat in petra, in quod nōdū quisquam positus fuerat. Ibi ergo, quia parascæue erat ludæorum, & sabbatū illud sequebatur, quod in propinquo esset monumentū, posuerunt Iesum. Et aduolūto saxo ingenti ad ostiū monumenti, abierunt. Erant autem ibi Maria Magdalene, & Maria Iose, sedentes contra sepulchrū, spectantes ubi poneretur. Et reuersæ, paraauerunt aromata & vnguenta: ac sabbatō quidem quieuerunt secundum præceptam.

Mali abeunt, piis relinquitur Iesus, sed crucifixus.

Accipiunt igitur duo illi pro magno munere & thesauro corpus Iesu, nec pudet eos mortuum de cruce & panibulo tollere, quem viuum dilexerant.

Nec curant quid ali de ipsis dicant, quod tam vili ministerio se tam nobiles homines occupent: sed omnibus iis contempserunt, corpus Christi sine dubio cum magis & multis lachrymis de

cruce deponit. Sic nimirum fratres, si Christiani & verè Euangelici volumus esse, non oportet nos erubescere de huiusmodi humilibus ministeriis.

Inuolūt igitur corpus Christi sine donec munda, sic enim purissimo huic corpori conueniebat, quod adeo mūdū erat, vt & ipsam sindonē mūdaret. Addit autem vnguenta & aromata, quæ apud Iudæos in hoc adhibebantur, ne corpora putrescerēt. Hoc autē signū erat, quod nōdū in imperfectam adhuc fidem habebant. Nihil enim aliud de Christo sentiebant, quim quod fuisse hominē probus & innocens & propheta. Cæterum Iesus etiam Deus erat, quod ipsi nesciebant, denique & propediē resurrecturus, nihil igitur huiusmodi condimentis opus habuisset. Intentionem tamen hęc sibi fieri voluit, vt & mors ipsius gloriosior esset, & vt nos hic disceremus, quomodo Christum suscipere debeamus, nempe sindonē mundam & aromata, id est puro corde & odorifera conuersione.

Cæterum si hic affuisset Iudas quispiam, proculdubio exclamasset, quod alter Iudas dudum dixerat: Vt quid perditio hæc poterat aromata hæc videri multo, & dari pauperibus. Quid prodest Christo mortuo enā si aromatis conditatur? Verim Christianus nō debet hunc sumptum vanum dicere: Non enim tam sumptuosus fides istorum hominum spectanda est. Perditio certe est, que quid nō ex fide fit. Hic autē nihil minus fuit quam perditio, imò verè bonū opus, quod duo isti fidem suam declarabant, palamque ostendebant se omnes fortunas suas in discrimine propter

propter Christum posuisse. Nam oportebat ipsos futurum phariseorum odiū, & bonorum omnium direptionem, propter hoc opus expectare. Maximum igitur opus est, nec vili hypocritarum operibus comparandum. Nam hoc critæ sumptum quidem faciunt, non tamen ex fide & abnegatione bonorum, sed ex impletare & bonorum ambitione.

Cæterum nullum opus est sumptu vel specie æstimandum est, sed est fide. Sic in Euangelio vidua duo minuta offerens, sic omnibus aliis obtulisse dicitur, quia ex fide & indigentia fecit. Sic & hoc opus non maximum est sumptu, sed fide: qua omnia alia bona sua propter Christum iam abnegant, & in discrimen posuerunt. Porro condimentis manifestum fit, quid in Christo quaesierat. Condimenta enim a putrefactione conseruant corpus. Querunt ergo vitam in Christo. Sed quomodo? Sub morte, sub corpore arido: atque ea demum vera fides est.

Nam facile est vitam in viuente Christo querere: sed in mortuo arido contempto quicquam sperare, hoc opus, hic labor est.

Describit autem Euangeliste non modum tantum sepulchræ Christi, sed etiam locum: Prope, inquit, erat hortus &c. Hæc quidem videntur casu facta, sed reuera diuina ordinatione sic omnia disposita fuerunt.

In horto Christus passionem incepit, in horto etiam eandem consummatur, quia & Adam in horto peccauerat. In horto etiam sepelitur Christus, in signum quod per ipsum reditus nobis pateret ad paradysum non quidem terrestrem, sed caelestem.

Quod autem in alieno sepulcro sepelitur, paupertatem eius indicat, qui nec in vita, nec in morte habuit ubi caput suum reclinaret. Simul autem damnatur nostra curiositas, qui tanta cura & expensis, imò cum tanta luperbia ædificamus nobis sepulchræ. Signanter autem de sepulcro Christi dicitur, quod nouam fuerit, & quod nullus adhuc in illo sepultus fuerat ad tollendam omnem suspicionem, ne alius quispiam inde resurrexisset crederetur.

Sicut enim nasciturus Christus veterum sibi virginalem præparauit, ad quem vit non accesserat: sic resurrecturus, in nouo sepulcro sepeliri voluit, in quod nondum quisquam positus fuerat. Nouum autem illud sepulcrum, præsignabat nouum quid & inauditum sciendum, nempe quod sepultus in sepulcro iterum ad vitam rediturus esset. Item quod mors mutata esset in somnum, maxime quod ad piissè quo somno, suo tempore quasi in horto deliciose resurrecturi essent. Obseruandum autem, quod in sepultura Christi nullus discipulorum affuisse scribitur, (tamen creditum fit Ioannem non fuisse, quod tamen ex heera non patet) ne parerent corpus Christi abstinuisse, & in alio loco condidisse. Postremò boni viri magnum lapidem admovent ad ostium monumenti, ne ludæi facile corpori mortuo iniuriam facere possent, itemque vt clarior fieret ipsius resurrectionis, quod clauso sepulchro exire potuit.

Hic igitur honorè sepulchræ, passus est sibi Christus fieri ad honoratis viris, ne hostes eius dicere possent, huic Nazareno nō nisi villes & nullius momenti homines

nes adhaesisse, quamvis etiam hic honor admodum parvus est, si ad eum coparetur, quo nunc in omni terra, in omnibus Ecclesiis honoratur, non tanquam homo, sed tanquam Deus & homo, qui non amplius in sepulchro iacet, sed in caelo ad dexteram Dei sedet. Et tamen nihilominus in hunc vsque diem sepulchrum eius tam honorabile, ut non Christiani tantum, sed multi etiam gentiles admirationis gratia & longinquis terris ad ipsum videndum Hierosolymamperant. In summa, sepulchrum Moysi ignoratur: nec admodum refert ubi sepultus sit. Sepulchrum autem Christi ab omnibus scitur & sic etiam necesse est, ut ex ipso discamus & nostram sepulchrum & resurrectionem. Sicut enim passio Christi nostra est, Consepulchrum enim sumus cum ipso per baptismum in mortem &c. In fine additur, Mulieres illas Galilaeas notasse locum sepulchri. In animo enim habebant, corpus Christi diligentius vngere & condere. Indignum enim iudicabant, ut tam factam corpus pertulceret. Nam & ipse nesciebat ipsum esse Deum; & paulo post resurrexerunt. Sequitur in textu.

Postero autem die, quae est post pascha, conveniunt Principes sacerdotum & Pharisei ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus quod impostor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Iube ergo muniri sepulchrum

vsque in diem tertium, ne quando veniant discipuli eius, & furentur eum, dicantque plebi: Surrexit a mortuis, & erit novissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam. Ite, munite scitum. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum ob signato lapide, adhibitisque custodiibus.

Nondum quiescent aut quiescere possunt impii, etiam mortuo & sepulto Christo. Iterum Pilatum molestant, ut muniat sepulchrum, timebant enim auctoritati suae. Iam enim intelligunt signum Iona, quod Christus se daturum ipsis praedixerat. Iam item intelligunt solutionem templi in triduo resuscitandi, quantum prius alio testant, cum Christum accuassent. Itaque iterum concurrunt, idque in suo illo magno sabbato, cum alii interiores Iudaei devotioni & orationi vacarent. Nec ipsi quiescunt, nec Pilatum quiescere sinunt. Tanta signa super morte iusti huius facta fuerant, ut merito aliter agere debuissent. Verum quod magna illa miracula olim effecerat in Aegyptiis, hoc signa haec effecerunt in his hominibus. Tantum modo duriores inde facti sunt. Recte autem timeant, ne novissimus error peior fiat priore. Imo ignorantes dicunt verum & prophetae contra seipsum. Peius enim, postea non respicientes, erraverunt.

MALD.

Conclusio Passionis.

rauerant. Maior etiam postea facta est fides credentium. Obvinta igitur licentia a Pilato, munierunt sepulchrum adhibitis custodiibus: nec hoc contenti, etiam lapidem signant. Sic nititur humana prudentia contra Deum, sed frustra. Resurget enim Christus vel inuitis vobis, o Pharisei! nec quicquam contra hoc poterit vel milites, vel obsignatio sepulchri. Frustra obnititur humana prudentia, ubi Deus aliud decrevit. Assumite vel omnem Caesaris potentiam, non tamen poteritis hunc Nazarenum in sepulchro continere. Omnem igitur curam, quam adhibent sepulchro, contra seipsum adhibent. Diuina tamen providentia factum est, ut sic munierunt sepulchrum. Hinc enim clarior probatur ipse vera resurrectio. Hic igitur iterum diligenter memineris magisterii diuini, quod prudentissime pro alieni opus, suum compleat. Caiaphas opus erat, ut Christus occideretur & periret; Dei opus est, ut Christus sit vita mundi. Arripit igitur Deus impium Caiaphas opus, & per illud suum proprium perficit. Ita & Iudeorum prudentia erat, ut sepulchrum custodiret, ne quis corpus inde surriperet, & diceret plebi illum resurrectisse. Dei autem prudentia erat, ut resurrectio Christi omnibus manifestissima fieret. Arripit igitur Deus alium prudentis opus, & suum perficit. Hac enim custodia multo manifestior facta est resurrectio, quam si non concludi sepulchrum.

Hactenus igitur, charissimi fratres, audiuimus, quot & quanta passus sit mundi creator & Dominus a tot & tantis in eum tam crudeliter saevientibus, ut pro tot & tantis perpetuae damnationis infelicibus penis, quae peccatis nostris debebantur, diuine satisficeret iustitiae. Agamus gratias benignissimae charitatis erga nos. Accedamus cum fiducia ad thronum hunc gratiae, ut misericordiam inveniamus in tempore opportuno. Summo opere autem caueamus, ne aliquando huius tam magnae rei, tanquam ingrati obliuiscamur. Sed tenaci memoriam indelebiliter imprimamus, quatenus vulnera illa, sanguis ille, Passio illa, mors illa, semper nobis ob oculos praesentis sint, corda nostra indefinenter irrigent, duriitiam eius tollant, liquefaciant, atque inter prospera & aduersa ducatum tutissimum nobis praestent. Passionem Domini meditemur. ne in prosperis vana effugamus laetitia: itemque ne in aduersis nimia delinquamus tristitia, videntes Christum longe maiora pro nobis passum. Faxit Deus omnipotens, ut haec Christi passio nobis frugifera sit. Ipse enim dignetur cordibus nostris insingere per spiritum suum, ut nos ipsos hac passione & ad bona incitare, & in aduersis consolari possumus, & maxime in morte. Inveniamus tamen studeamus, ut in timore conuersemur, quandoquidem non corruptibilibus auro & argento redempti sumus, sed per cunctis sanguine Christi. Itaque si hactenus crucifixorem Christi sumus iam nunc

de Christum Dei filium teste-
mur Redeamus in domos cor-
dium nostrorum, & in cubilibus
nostris compungamur. Inuoluamus
Christum mandarum cogi-
tationum lanceis, nullumq; cada-
uer in masculca cordis nostri si-
namus, sed soli Christo corda no-
stra offeramus inhabitanda. Pro-
cul hinc arceamus omnem corru-
ptionem mundi, vt cum Christus
redierit, noique die tertio surre-
ximus, hoc est, post primum diem


vite huius & alteru diem quietis,
ad thesauros gratia quos hic
recipimus, etiam beatitudinem
animæ & thesauros corporis glo-
ria conferat, vt similes ei, & cor-
poris claritatis eius configurati,
in æterni regni hereditatem bea-
tissime ingrediamur: quod nobis
præstet, qui sine fine viuit &
regnat, cui & nunc & in perpetuum
sit omnis honor & gloria ab om-
ni creatura. Amen. Benedictus
Deus in secula. Amen.

Historia Dominicæ Passionis, in hanc formam
per F. I. F. congeſta & conscripta, Anno Do-
mini 1541. feliciter finem sortita est
in festo S. Lucæ Euangelistæ.

Soli Deo laus &
gloria.



Historia dominicæ passionis
in hanc formam per
F. I. F. congeſta et conſ-
cripta. Año 1541.







ST
FR
S

N